

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Evangeliarium - Cod. Aug. perg. 114**

**[S.l.], 1285-1315**

[urn:nbn:de:bsz:31-92791](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-92791)








Aug. CXIV

M











lib. mon. aug. d. m. i. p. r. i. s.

116.  
I.  
27.

**I**n vigilia Natalis domini. Admissam  
Sequencia sancti euanglii. Sedm Mattheum.  
**MI**LLA. T. & Q. P. O. R. A.



om esset desponsata ma-  
ter ihu maria ioseph ante  
quam conuenirent. In-  
uenta est in utero habens  
despiritu sancto. Ioseph  
autem uir eius cum esset  
iustus. et nollet eam tra-

ducere. uoluit occulte dimittere eam. **H**ec  
autem eo cogitante. ecce angelus domini  
in sompniis apparuit ei dicens. Ioseph fili da-  
uid. noli timere accipere mariam coniugem  
tuam. **Q**d enim in ea natum est. despiritu  
sancto est. Pariet autem filium. et uocabis  
nomen eius iesum. Ipse enim saluum faciet  
populum suum a peccatis eorum.

ps. Te deū laudāg  
Ew. Lib. gnarōis. 103

**I**n primio Galliarum. Venocte.  
Sequencia sancti euanglii secundum Lucam.  
nullo r. **E**xit edictum acesare augusto. ut





describeretur uniuersus orbis. **H**ec descriptio  
prima. facta est a preside syrie cyrino. **E**t ibant  
omnes ut proficerentur. singuli in suam ciuita-  
tem. **A**scendit autem et ioseph agalilea de ciuita-  
te nazareth. in iudeam ciuitatem dauid que uo-  
catur bethleem. eo quod esset de domo et familia  
dauid. ut proficeretur cum maria desponsata  
sibi uxore pregnante. **F**actum est autem cum essent  
ibi. impleti sunt dies ut pareret. **E**t peperit fi-  
lium suum primogenitum. et pannis eum in-  
uoluit. et reclinauit eum in presepio. quia non erat  
eis locus in diuersorio. **E**t pastores erant in regi-  
one eadem uigilantes. et custodientes uigilias  
noctis supra gregem suum. **E**t ecce angelus do-  
mini stetit iuxta illos. et claritas dei circumfulsit  
illos. et timuerunt timore magno. **E**t dixit illis  
angelus. **N**olite timere. **E**cce euangelizo uobis  
gaudium magnum. quod erit omni populo. **Q**uia  
natus est uobis hodie saluator. qui est xpc in ci-  
uitate dauid. **E**t hoc uobis signum. **I**nuenie-  
tis infantem pannis inuolutum. et positum in  
presepio. **E**t subito facta est cum angelo multi



trudo milicie celestis. laudantium dominum et  
dicentium. Gloria in altissimis deo. et in terra pax  
in hominibus bone uoluntatis.


*In primo mane. Secū. sū eugli. S. Lucam.*

**I**n illo t. Pastores loquebantur adinuicem. Tran  
seamus usq; bethleem. et uideamus hoc uerbum  
qd factum est. qd dominus ostendit nobis. Et  
uenerunt festinantes. et inuenerunt mariam  
et ioseph. et infantem positum in presepio. U  
dentes autē. cognouerunt de uerbo quod dictū  
erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt  
mirati sunt. et de his que dicta erant a pastoribus  
ad ipsos. Maria autē conseruabat omnia uerba  
hec. conferens in corde suo. Et reuersi sunt pas  
tores glorificantes & laudantes deum. in omnibus  
que audierant et uiderant. sicut dictum ē ad illos.  
*Iudie Natalis domini Admissam.*

**INCIPIT EUANGELIUM SECUNDUM**

**IOHANNEM**

**I**n principio erat uerbum. Et uerbum erat apud deum. Et deus erat uerbum. Hoc





**O**ps sempiterna deo dicitur actus uos in b[e]n[e]placito tuo ut  
in uo[n]te d[omi]ni filii in misericordiam bonis op[er]ib[us] abundare

*Sp[irit]u s[an]c[t]o d[omi]ni d[omi]ni  
actus uos in b[e]n[e]placito  
tuo ut in uo[n]te d[omi]ni  
filii in misericordiam  
bonis op[er]ib[us] abundare  
x[rist]i d[omi]ni d[omi]ni*

erat in principio apud deum. **O**mnia per ipsum  
facta sunt. et sine ipso factum est nichil. **Q**uod  
factum est. in ipso, uita erat. **E**t uita erat lux ho-  
minum. et lux in tenebris lucet. et tenebre eam n[on]  
comprehenderunt. **F**uit homo missus a deo. cui no-  
men erat iohannes. **H**ic uenit in testimonium. ut  
testimonium perhiberet de lumine. ut omnes crede-  
rent per illum. **N**on erat ille lux. sed ut testimoni-  
um perhiberet de lumine. **E**rat lux uera. que illu-  
minat omnem hominem uenientem in mundum.  
**I**n mundo erat. et mundus per ipsum factus est. et  
mundus eum non cognouit. **I**n propria uenit. et  
sui eum non receperunt. **Q**uod quod autem recepe-  
runt eum. dedit eis potestatem filios dei fieri. his  
qui credunt in nomine eius. qui non ex sanguinibus.  
neq[ue] ex uoluntate carnis. neq[ue] ex uoluntate uiri. sed  
ex deo nati sunt. **E**t uerbum caro factum est. et  
habitauit in nobis. **E**t uidimus gloriam eius. glo-  
riam quasi unigeniti a patre. plenum gratie et ue-  
ritatis. **I**nnat. s[an]c[t]i stephani p[ro]martyris.  
**S**equentia s[an]c[t]i euang[el]ii. Secundum Mattheum.  
in illo t[em]p[or]e. **D**icebat iesus turbis iudeorum.



**E**cce ego mitto ad uos prophetas et sapientes & scribas. et ex illis occidetis et crucifigent. et ex illis flagellabitis in synagogis uestris. et persequimini decuitate in ciuitatem. ut ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram.

A sanguine abel iusti. usque ad sanguinem zacharie filii barachie. quem occidistis inter templum et altare. Amen dico uobis. uenient hec omnia super generationem istam. **H**ierusalem hierusalem que occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt.

**Q**uociens uolui congregare filios tuos. quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas & noluit. **E**cce relinquetur uobis domus uestra deserta. **D**ico enim uobis. Non me uidebitis amodo. donec dicatis. **B**enedictus qui uenit in nomine domini.

**I**n. ant. sancti iohannis ewangeliste.

**S**equencia sancti ewanglii. secundum iohannem.

**n**illo t. **D**ixit ihesus petro. **S**equere me. **N**on uersus autem petrus. uidit illum discipulum quem diligebat iesus sequentem. **Q**ui et recubuit incena super pectus eius et dixit. **D**omine. quis est qui tradet te. **N**unc ergo cum uidisset



petrus. dicit iesu. Domine. hic autem quid.  
Dicit ei iesus. Sic eum uolo manere donec ueni  
am. quid ad te. Tu me sequere. Exiit ergo  
sermo iste inter fratres. quod discipulus ille non  
moritur. Et non dicit ei ihc quia non moritur.  
sed sic eum uolo manere donec ueniam quid ad te.

**H**ic est discipulus qui testimonium perhibet de  
his. et scripsit hec. Et scimus quia uerum est  
testimonium eius. *Inuar. sanctor. Innocentium.*

*Sequencia sa euuglij. Secundum Matheum.*

**I**n illo t. Angelus domini apparuit in sompnis  
ioseph dicens. Surge et accipe puerum et ma  
trem eius. et fuge in egyptum. et esto ibi usque  
dum dicam tibi. Futurum est enim. ut herodes  
querat puerum ad perdendum eum. Qui consur  
gens. accepit puerum & matrem eius nocte. et  
secessit in egyptum. et erat ibi usq; ad obitum hero  
dis. Et adimpleretur quod dictum est a domino.  
per prophetam dicentem. *Egypto uocaui filiu  
meum. Tunc herodes uidens quoniam illusus  
esset a magis. iratus est ualde. Et mittens occi  
dit omnes pueros qui erant in bethleem et in om*



inibus finibus eius abimatu et infra! secundum  
 tempus quod exquisierat amagis. Tunc adimple  
 tum est! quod dictum est per hieremiam prophete  
 tam dicentem. Vox inania audita est. ploratus  
 et ululatus multus. Rachel plorans filios suos. q̄  
 noluit consolari quia non sunt. *In octava domini.*  
*sequenti. s̄a euuglii. secundū. Luc. iii. In illo t.*

**P**ostquam consummati sunt dies octo. ut cir  
 cumcideretur puer. uocatum est nomen  
 eius iesus. Quod uocatum est ab angelo. prius  
 quam in utero conciperetur.

*Dominica prima post Nat. domini.*  
*sequenti. s̄a. euuglii. secundum Lucam. In illo t.*

**E**rat ioseph et maria mater iesu. mirantes sup  
 his que dicebantur de illo. Et benedixit  
 illis symeon! et dixit ad mariam matrem eius.  
 Ecce positus est hic in ruinam. et resurrectione  
 multorum israel. et in signum cui contradice  
 tur. Et tuam ipsius animam pertansibit gla  
 dius! ut reuelentur ex multis cordibus cogitatio  
 nes! Et erat anna prophetissa filia phanuel! de  
 tribu aser. Hec precesserat diebus multis! et uise

*huc  
 debet uigila*



erat cum uirō suo annis septem auirginitate sua.  
**E**t hec uidua usq; ad annos octoginta quatuor.  
**Q**ue non discedebat de templo. ieiunans et obsecra-  
tionibus seruens nocte ac die. **E**t hec ipsa hora  
super ueniens. confitebatur domino. & loquebatur  
de illo. omnibus qui expectabant redemptionem  
hierusalem. **E**t ut perfecterunt omnia secundum  
legem domini. reuersi sunt in galileam in ciuitate  
suam nazareth. **P**uer autem crescebat et conforta-  
batur. plenus sapientia. **E**t gratia dei erat in illo.

*Indiviglia Epiphanię domini. mmmmm*

*Sequencia sã euuigii secundum Matheum.*

**D**efuncto herode. ecce angelus domini appa-  
ruit in sompnis ioseph in egypto dicens. Sur-  
ge et accipe puerum et matrem eius. et uade in  
terram israhel. **D**efuncti sunt enim. qui quere-  
bant animam pueri. **Q**ui surgens. accepit pue-  
rum et matrem eius. et uenit in terram israhel.  
**A**udiens autem quod archelaus regnaret in iudea  
pro herode patre suo. timuit illo ire. **E**t admoni-  
tus in sompnis. secessit in partes galilee. **E**t ueni-  
ens habitauit in ciuitate. que uocatur nazareth.



Ut adimpleretur quod dictum est per prophetas.  
quoniam nazareus uocabitur. *Iudie sancto.*

*Sequent. sa. eu. g. l. i. secundum Mattheum. In illo t.*

**Q**uoniam natus esset ihc in bethleem iude. in die  
bus <sup>herodis</sup> regis. ecce magi ab oriente uenerunt  
hierosolimam dicentes. Ubi est qui na  
tus est rex iudeorum. Audimus enim stellam  
eius in oriente. et uenimus adorare eum. Audi  
ens autem herodes rex turbatus est. et omnis hie  
rosolima cum illo. Et congregatis omnibus prin  
cipes sacerdotum et scribas populi. sciscitabatur  
ab eis ubi xpc nasceretur. Et illi dixerunt ei.

In bethleem iude. Sic enim scriptum est per pro  
phetam. Et tu bethleem terra iuda. nequaquam  
minima es in principibus iuda. Ex te enim erit  
dux. qui regat populum meum israhel. Tunc  
herodes clam uocatis magis. diligenter didicit  
ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mit  
tens illos in bethleem dixit. Ite. et interrogate  
diligenter de puero. et cum inueneritis renuncia  
te michi. ut et ego ueniens adorem eum. Qui cu  
audissent regem. abierunt. Et ecce stella quam



uiderant moriente antecēdebat eos. usq; dum ue  
niens staret supra ubi erat puer. **U**identes autē  
stellam. gausi sunt gaudio magno ualde. **E**t in  
trantes domum. inuenerunt puerum cum maria  
matre eius. **E**t procidentes. adorauerunt eum.  
**E**t apertis thesauris suis. obtulerunt ei munera.  
aurum. thus & mirram. **E**t responso accepto in  
sompnis. ne redirent ad herodem. **P**er aliam ui  
am reuersi sunt. in regionem suam.

**Incipit euangeliū in die Epiphaniæ domini** Isaia 4<sup>ta</sup> dicitur p̄te p̄ Epiphaniæ

**Sequen. s̄a euangeliū. S̄c̄dm. iohannem.** **I**n illo tempe.

**U**idit iohannes ihm uenientem ad se. et ait.  
**E**cce agnus dei. <sup>ecce</sup> qui tollit peccata mundi.  
**H**ic est de quo dixi. **P**ost me uenit uer  
qui ante <sup>me</sup> factus est. quia prior me erat. & ego nes  
ciebam eum. **S**ed ut manifestetur israel. propte  
rea ueni ego in aqua baptisans. **E**t testimonium  
perhibuit iohannes dicens. **Q**uia uidi spiritum  
descendentem quasi columbam de celo. et mansit  
super eum. et ego nesciebam eum. **S**ed qui misit  
me baptizare in aqua. ille michi dixit. **S**uper  
quem uideris spiritum descendentem. et manen



tem super eum. Hic est qui baptizat in spiritu sc̄o.

Et ego uidi. et testimonium perhibuit quia hic est filius dei.

*Isaia 61 dicit p̄ me p̄ Epiphaniā. Et dicitur. Cū audissetis q̄ jo. vi. dicitur. Impius.*

**D**ominus uobiscum. **S**equencia sancti euangelii sc̄dm̄ Lucam. nullo tempore. **F**actum est cum baptizaretur omnis populus. et ih̄u baptizato et orante. apertum est celum. et descendit spiritus sanctus corporali specie: sicut columba missum. **E**t uox de celo. facta est. **T**u es filius meus dilectus. in te complacuit michi. **E**t ipse iesus erat incipiens. quasi annorum triginta. ut purabatur filius ioseph. **Q**ui fuit heli. qui fuit matat. **Q**ui fuit leui. qui fuit melchi. **Q**ui fuit saanne. **Q**ui fuit ioseph. qui fuit mathathie. **Q**ui fuit amos. qui fuit nammi. **Q**ui fuit hely. qui fuit nagge. **Q**ui fuit mathar. qui fuit mathathie. **Q**ui fuit semel. qui fuit ioseph. **Q**ui fuit ioda. **Q**ui fuit iohanna. qui fuit resa. **Q**ui fuit zorobabel. qui fuit salatiel. **Q**ui fuit nei. qui fuit oyelchi. **Q**ui fuit addi. qui fuit cosam. **Q**ui fuit helmadam. qui fuit heri. qui fuit ih̄esu. **Q**ui fuit eliezer. qui fuit ioram. **Q**ui fuit ojata. **Q**ui fuit tahar. **Q**ui fuit leui. **Q**ui fuit symeon. qui fuit juda. **Q**ui fuit ioseph. qui fuit jona. qui fuit euachim.



Qui fuit oylea. qui fuit oemma. Qui fuit oarha  
ti. qui fuit Nathan. Qui fuit dauid. qui fuit nelle.  
Qui fuit obeth. qui fuit booz. Qui fuit salmon.  
qui fuit naasson. Qui fuit Amnadab. qui fuit  
Aram. Qui fuit fares. qui fuit Strom. qui fuit  
Iude. Qui fuit Jacob. qui fuit ysaac. Qui fuit ab  
rahhe. qui fuit Thare. Qui fuit Haco. qui fuit  
seruch. Qui fuit ragau. qui fuit falech. Qui fuit  
Eber. qui fuit Sale. qui fuit Chanaan. Qui fuit ar  
phat. qui fuit sen. Qui fuit noe. qui fuit lamiech.  
Qui fuit oattysalem. qui fuit enoch. Qui fuit Jared.  
qui fuit oalaleel. Qui fuit chainan. Qui fuit Enos.  
qui fuit sech. Qui fuit adam. Qui fuit dei. Iesus  
autem plenus spiritu sancto regressus est a iorda  
ne.

*Domnica prima post Epiphaniam dñi.  
Sequencia sã euangly. Secundum Lucam.*

**Q**um factus esset ihc annor  
duodecim. ascendens illis hierosolimam  
secundum consuetudinem diei festi. Consum  
matisq; diebus cum redirent. remansit puer ihc  
inhierusalem. et non cognouerunt parentes eius.  
Cristinantes autem illum esse in comitatu.



7  
Venerunt iter diei. et requirebant eum in  
ter cognatos & notos. Et non inuenientes.  
regressi sunt in iherusalem requirentes eum.  
Et factum est post triduum. inuenierunt il  
lum in templo sedentem in medio doctorum. au  
dientem illos et interrogantem eos. Stupebant  
autem omnes qui eum audiebant. super pru  
tencia et responsis eius. Et uidentes ammirati  
sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili. quid fe  
cisti nobis sic? Accē pater tuus et ego dolentes  
querēbamus te. Et ait ad illos. Quid est quod  
me querēbatis? nesciebatis quia in his que patris  
mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellere  
runt uerbum. quod locutus est ad illos. Et des  
cendit cum eis. et uenit nazareth. et erat subdi  
tus illis. Et mater eius conseruabat omnia uer  
ba hec in corde suo. Et ihc proficiebat sapientia  
et etate. & gratia. apud deum et homines. **f. iii.**

In Octa Ephe  
Eius

**S**equencia sc̄i euuaglii. Secundū. Matheum.  
nullo tempore. Venit ihc a galilea in iorda  
nem ad iohannem. ut baptizaretur ab eo. Iohan  
nes autem prohibebat eum dicens. Ego ate



debeo baptizari. et tu ueni ad me. **R**espon-  
dens autem ihc. dixit ei. **S**ine modo. Sic enim  
debet nos implere omnem iusticiam. **T**unc  
dimisit eum. **B**aptizatus autem ihc confestim  
ascendit de aqua. et ecce aperti sunt ei celi. **E**t  
uidit spiritum dei descendentem sicut colum-  
bam. et uenientem super se. **E**t ecce uox de celis  
dicens. **H**ic est filius meus dilectus. in quo in-  
complacui. **ffera. vi.**

**Sequentia sa euuglii. secundum Lucam.**

**R**egressus est ihc in uirtute **I**n illo tempore.  
spiritus in galileam. et fama exiit per  
uniuersam regionem de illo. et ipse docebat in  
synagogis eorum. et magnificabatur ab omni-  
bus. **E**t uenit nazareth. ubi erat nutritus.  
et intrauit secundum consuetudinem suam.  
die sabbati in synagogam. et surrexit legere.  
**E**t traditus est illi liber prophete esaye. **E**t  
ut reuoluit librum. inuenit locum ubi scrip-  
tum erat. **S**piritus domini super me propter  
quod unxit me. euuangelizare pauperibus  
misit me. **S**anare contritos corde. predicare



8  
captiuus remissionem et ceteris uisum. dimitte  
re contractos in remissionem: predicare an  
num domini acceptum. et diem retributio  
nis. Et cum plicuisset librum reddidit mi  
nistro et sedit. et omnium in synagoga oculi  
erant intendentes in eum. Cepit autem dice  
re ad illos. quia hodie impleta est scriptura in  
auribus uestris. Et omnes testimonium illi  
dabant. et mirabantur in uerbis gratie. que  
procedebant de ore ipsius. **Sabbato.**

**Sequencia s<sup>c</sup>i euu<sup>g</sup>lii. Secundum. Lucam.**  
nullo tempore. **R**ogauit ih<sup>s</sup>m quidam de phari  
seis. ut manducaret cum illo. Et ingressus  
domum pharisei discubuit. Et ecce mulier  
que erat in ciuitate peccatrix. ut cognouit  
quod accubuit in domo pharisei. attulit ala  
bstrum unguenti. et stans retro secus pedes  
eius. lacrimis cepit rigare pedes eius. & capillis  
capitis sui tergebat. et osculabatur pedes eius  
& unguento unguebat. Videns autem phari  
seus qui uocauerat eum. ait intra se. dicens.  
**H**ic si esset propheta. sciret utique que et qualis

vacat



mulier esset que tangit eum! quia peccatrix  
est. Et respondens ihc! ait ad illum. Magister  
dic. Duo debitores erant cuidam feneratori!  
unus debebat ei denarios quingentos! alius  
quingenta. Non habentibus illis unde  
redderent! donauit utrisque. **Q**uis ergo eum  
plus diligit. Respondens symon dixit. **A**sti  
mo quia is cui plus donauit. At ille dixit  
ei. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem!  
dixit symoni. **V**ides hanc mulierem! intraui  
in domum tuam. aquam pedibus meis non de  
disti. **H**ec autem lacrimis rigauit pedes meos!  
et capillis suis tersit. **O**sculum michi non dedisti!  
hec autem ex quo intraui non cessauit osculari pe  
des meos. **O**leo caput meum non unxisti! hec au  
tem unguento unxit pedes meos. **P**ropter quod  
dico tibi remittuntur ei peccata multa! quoni  
am dilexit multum. **Q**ui autem minus dimitti  
tur! minus diligit. **D**ixit autem ad illam. **R**emitt  
untur tibi peccata. **E**t ceperunt qui simul ac  
cumbabant! dicere intra se. **Q**uis est hic qui  
etiam peccata dimittit. **D**ixit autem ad mulie



rem. Fides tua te saluam fecit. uade in pace.

*Dominica. 11. post Epiphaniam domini.*

*Sequen. sa. euuagli. Secundum. Iohannem.*

**I**n illo temp. Nuptie facte sunt incana galilee.  
& erat mater ihu ibi. Vocatus est autem et ihc  
et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino.  
dicit mater ihu ad eum. Vinum non habent. Et  
dicit ei ihc. Quid michi et tibi est mulier. Non  
dum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris.  
Quodcumq; dixerit uobis facite. Erant autem  
lapidee hydre sex posite secundum purificatione  
iudeorum. capientes singule metretas binas uel  
ternas. Dicit eis ihc. Implete hydrias aqua. Et  
impleuerunt eas usque ad summum. Et dicit  
eis ihc. Haurite nunc. et ferte architriclino.  
Et tulerunt. Et autem gustauit architriclinus  
aquam uinum factam. et non sciebat unde esset.  
Ministri autem sciebant qui hauerant aqua.  
Vocat sponsum architriclinus. et dicit ei.  
Omnis homo primum bonum uinum po  
nit. & cum inebriati fuerint. tunc id quod  
deterior est. Tu autem seruasti bonum uinum



usque adhuc. Hoc fecit initium signorum  
ihc in cana galilee: et manifestauit gloriam  
suam. Et crediderunt in eum discipuli eius.

*vacat* **feria. iiii. Seq. scilicet euang. scilicet Marcum.**

**I**n illo tempore. **A**enit ad ihm leprosus depre-  
cans eum: et genu flexo dixit. Si uis potes  
me mundare. Ihc autem misertus eius: exten-  
dit manum suam et tangens eum. ait illi.

**V**olo mundare. Et cum dixisset: statim dis-  
cessit ab eo lepra. et mundatus est. Et commi-  
natus est ei: statimque eiecit illum. & dicit ei.

**N**ide nemini dixeris. Sed uade ostende te prin-  
cipi sacerdotum: et offer pro emundatione  
tua que precepit moyses. in testimonium

**illis. feria. vi. Seq. scilicet euang. scilicet Marcum.**

**I**n illo tempore. **A**gressus ihc <sup>abijt</sup> uenit in patri-  
am suam: et sequebantur illum discipuli  
sui. Et facta sabbato: cepit in synagoga do-  
cere. Et multi audientes: ammirabantur  
in doctrina eius dicentes. Unde huic hec om-  
nia: et que est sapientia que data est illi. &  
uirtutes tales que per manus eius efficiuntur.



H<sup>o</sup>nnē iste est faber. filiū marie. frater iacobī. et ioseph & iude et symonis. H<sup>o</sup>nnē et sorores eius hic nobiscum sunt. Et scandali-  
zabantur in illo. Et dicebat eis ih̄c. Quia non est propheta sine honore nisi in patria sua. et in cognatione sua. et in domo sua. Et non poterat ibi uirtutem ullam facere. nisi paucos infirmos. impositis manibus curauit.

**Sabbato. Sequenti. s̄c̄i euḡ. s̄c̄dm̄. Lucam.**  
**I**n illo tempore. Surgens ih̄c de synagoga. in-  
 troiuit in domum symonis. Socius autem sy-  
 monis tenebatur magnis febribus. Et roga-  
 uerunt illum pro ea. Et stans super illam  
 imperabit febrē. et dimisit illam. Et conti-  
 nuo surgens ministrabat illis. Cum sol autē  
 occidisset. omnes qui habebant infirmos ua-  
 rius languoribus. ducebant illos ad eum. Et  
 ille singulis manus imponens. curabat eos.  
 Creiebant autem demonia annulis claman-  
 tia & dicentia. quia tu es filius dei. Et ince-  
 patus non sinebat ea loqui. quia sciebant ipm̄  
 esse xpm̄. Facta autem die. egressus ibat inde

vacat



sertum locum. et turbe requirebant eum.

Et uenerunt usque ad ipsum. et detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei.

*Dom. iij. post Epiphaniam dñi.  
Sequencia sã euanglii. Scdm. Matheum.*

**Q**um descendisset ihc // **I**n illo tempore: demonte: secute sunt eum turbe multe.

Et ecce leprosus ueniens: adorabat eum dicens. Domine. si uis potes me mundare. Et extendens <sup>h<sub>is</sub></sup> manum: tetigit eum. et dicens. **V**olo. mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi ihc. **N**ide nemini dixeris: sed uade ostende te sacerdoti. et offerminus quod precepit moyses in testimonium illis. **C**um autem introisset in capharnaum: accessit ad eum centurio. rogans eum et dicens. Domine. puer meus iacet in domo paralyticus: et male torquetur. Et ait illi ihc. **E**go ueniam: et curabo eum. Et respondens centurio ait. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic uer-



bo. et sanabitur puer meus. Nam et ego ho-  
 mo sum subpotestate habens sub me milites.  
 Et dico huic uade. et uadit. Et alio ueni. et  
 uenit. Et seruo meo fac hoc. & facit. Audiens  
 autem ihs miratus est. et sequentibus se dicit.  
 Amen dico uobis. non inueni tantam fidem in  
 israhel. Dico autem uobis. quod multi ab ori-  
 ente & occidente uenient. et recumbent cum  
 abraham. et ysaac & iacob. in regno celorum.  
 Filii autem regni. eiciuntur in tenebras exter-  
 ores. ibi erit fletus et stridor dencium. Et dicit  
 ihs centurioni. Uade. et sicut credidisti fiat tibi.  
 Et sanatus est puer in illa hora. *f. iiii.*

*Sequencia sa. euanglii. scdm. Marcum.*

Et diuit ihs in synagogam. In illo tempore.  
 et erat ibi homo habens manum aridam. Et  
 obseruabant eum si sabbatis curaret. ut accu-  
 sarent illum. Et ait homini habenti manum  
 aridam. Surge in medium. Et dicit eis. Uidet  
 sabbatis benefacere an male. animam saluam  
 facere. an perdere. Et illi tacebant. Et circū-  
 spiciens eos cum ira. contristatus super ceca



ratem cordis eorum: dicit homini. **E**xtende  
manum tuam. **E**t extendit: et restituta est  
manus illi. **Feria. vi.** Evj 2) Luca Depēdit Jhs i Capernaū <sup>// die Missale presb</sup>

**S**equencia s<sup>ci</sup> euu<sup>g</sup>lii. **S**ecundum. **L**ucam.  
nullo temp<sup>e</sup>. **Q**um esset ihc in una ciuitatū.  
et ecce uir plenus lepra. **E**t uidens ihm. et  
prociens in faciem. rogauit eum dicens.  
**D**omine. si uis potes me mundare. **E**t ex  
tendens manum. tetigit illum dicens. **T**olo  
mundare. **E**t confestim lepra discessit ab illo.  
**E**t ipse precepit illi ut nemini diceret. sed uade  
ostende te sacerdoti. et offer pro emundatione  
tua sicut precepit moyses in testimonium illis.  
**P**erambulabat autem magis sermo de illo. et  
conueniebant turbe multe ut audirent. et cu  
rarentur ab infirmitatibus suis. **S. ab d. ito.**

**S**equencia s<sup>ci</sup> euu<sup>g</sup>lii. **S**ecundum. **M**arcum.  
nullo temp<sup>e</sup>. **D**epit ihc docere ad mare. et  
congregata est ad eum turba multa. ita ut in  
nauim ascendens. sederet in mari. **E**t omnis  
turba circa mare super terram erat. **E**t doce  
bat illos in parabolis multa. & dicebat illis



indoctrina sua. **A**udite. **E**cce exiit seminans  
 ad seminandum. et dum seminat. aliud ceci  
 dit circa uiam. & uenerunt uolucres et come  
 derunt illud. Aliud uero cecidit super petrosa  
 ubi non habuit terram multam. et statim ex  
 ortum est quoniam non habebat altitudinem  
 terre: & quando exortus est sol estuauit. et eo  
 quod non haberet radicem exaruit. **E**t aliud  
 cecidit in spinas. et ascenderunt spine & suffoca  
 uerunt illud. et fructum non dedit. **E**t aliud  
 cecidit in terram bonam. et dabat fructum as  
 cendentem et crescentem. & adferebat unum  
 triginta. et unum sexaginta. & unum centum.  
**E**t dicebat. Qui habet aures audiendi audiat.

*Handwritten marginal note in a red box:*  
 in 27  
 in 12  
 in 12  
 in 12  
 in 12

**Domnica. vii. Post Epiphaniam domini.**  
**Sequencia sa. euuiglii. Secundum. Mattheum.**

**A**scendente ihu in mari. **I**n illo tempore:  
 cula. secuti sunt eum discipuli eius. **E**t  
 ecce motus magnus factus est in mari.  
 ita ut nauicula operiretur fluctibus. **I**pse uero  
 dormiebat. **E**t accesserunt <sup>ad eum discipuli eius</sup> et suscitauerunt  
 eum dicentes. **D**omine. salua nos perimus.



Et dicit eis. **Q**uid timidi estis modice fidei.  
Tunc surgens imperauit uentis et mari. et  
facta est tranquillitas magna. Porro homines  
mirati sunt dicentes. **Q**ualis est hic. quia uen-  
ti et mare obediunt ei. **ffera. iiii.**

fiat iiii.  
Ew. 7. Luca  
Sepedit ihs  
i Cap. 8. nau  
Die. 8. iiii.  
ipressu

**L**oquente ihu ad turbas. **I**n illo tempore.  
ecce princeps unus accessit. et adrauit eum di-  
cens. **F**ilia mea modo defuncta est. sed ueni impo-  
ne manum super eam et uiuet. **E**t surgens ihc  
sequebatur eum. & discipuli eius. **E**t ecce mulier  
que sanguinis fluxum patiebatur. duodecim  
annis. accessit retro. et tetigit simbriam uesti-  
menti eius. **D**icebat enim intra se. **S**i tetigero  
tantum uestimentum eius. salua ero. **E**t ihc  
conuersus et uidens eam dixit. **C**onfide filia.  
fides tua te saluam fecit. **E**t salua facta est mu-  
lier ex illa hora. **E**t cum uenisset ihc in domum  
principis. et uidisset tibianes et turbam tumultu-  
antem. dicebat. **R**ecedite. non est enim mor-  
tua puella sed dormit. **E**t deridebant eum. **E**t  
cum electa esset turba. intrauit et tenuit ma-

vacat



num eius. et surrexit puella. **Et** exiit fama  
hec. in universam terram illam. **Feria. vi.**

*Evangelij  
Lucæ fctz e abulân  
bo ill t'ria  
vce sigale  
ipressuz.*

**Sequencia sã euangly. Scdm. Martini.**  
nullo temp. **D**icebat ihc discipulis suis.

**V**idete quid audiatis. In qua mensura men-  
si fueritis. remeietur uobis et adicietur  
uobis. **Q**ui enim habet dabitur illi. et qui n̄  
habet. etiam quod habet auferetur ab illo. **Et**  
dicebat. Sic est regnum dei. quemadmodum si  
iactat homo sementem in terram et dormiat. et  
exurgat nocte ac die. & semen germinet & in-  
crescat dum nescit ille. **U**triv enim terra fructi-  
ficat. primum herbam. deinde spicam. deinde  
plenum frumentum in spica. **Et** cum se pro-  
duxerit fructus. statim mittit falcem. quoniam  
adest messis. **Et** dicebat. **Q**ui ad similitudinem  
regnum dei. aut cui parabole comparabimus  
illud. **S**icut granum sinapis quod cum semina-  
tum fuerit in terra. minus est omnibus semini-  
bus que sunt in terra. et cum seminatum fuerit  
ascendit et fit maius omnibus holeribus. & facit  
ramos magnos. ita ut possint sub umbra eius

*vacat*

*notat*



aves celi habitare: Et talibus multis parabolis loquebatur eis uerbum pro ut poterant audire: sine parabola autem non loquebatur eis. **S**orsum autem discipulis suis: differēbat omnia. **Sabbato.**

**Sequencia s<sup>an</sup>c<sup>t</sup>i euang<sup>eli</sup>i. Secundum. Lucam.**

**I**n illo tempore. Dicebat ih̄c ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent dicens. **Q**um inuitatus fueris ad nuptias: non discumbas in primo loco. **H**e forte honoratioꝝ te sit inuitatus ab illo: & ueniens is qui te et illum uocauit dicat tibi. **D**a huic locum. **E**t tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. **S**ed cum uocatus fueris: uade recumbe in nouissimo loco, ut cum uenerit qui te inuitauit dicat tibi. **A**mitte: ascende superius. **T**unc erit tibi gloria: coram simul discumbentibus. **Q**uia omnis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur. **D**icebat autem et ei qui se inuitauerat. **Q**uā facis prandium aut cenam: noli uocare amicos tuos neque fratres tuos neque cognatos. neq;



uicinos diuites. ne forte et ipsi te re inuident.  
et fiet tibi retributio. Sed cum facis conuiu-  
um uoca pauperes. debiles. claudos. cecos. &  
beatus eris. quia non habent retribuere tibi.

**R**etribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.

**H**ec cum audisset quidam desimul discumben-  
tibus. dixit illi. **B**eatus qui manducabit pa-  
nem. in regno dei. **Dom. v. Post Iphani.**

**Sequen. sa. euugli. Sedm. Matheum.** Exultauit Ihs spu scto & dixit

**I**n illo temp. **R**espondens Ihs dixit. **C**onfiteor  
tibi pater domine celi & terre. quia abscondisti  
hec a sapientibus et prudentibus. & reuelasti ea  
paruulis. **I**ta pater. quoniam sic fuit placitum  
ante te. **O**mnia michi tradita sunt a patre meo.

**E**t nemo nouit filium nisi pater. neque pater  
quis nouit nisi filius. et cui uoluerit filius re-  
uelare. **V**enite ad me omnes qui laboratis et  
onerati estis. et ego reficiam uos. **C**ollite iugum  
meum super uos. et discite a me quia mitis sum  
et humilis corde. et inuenietis requiem anima-  
bus uestris. **I**ugum enim meum suauis est. et  
onus meum leue est. **serm. iiii.**



761  
Sequen. sa. euangli. Scdm. Marcum.

**I**n illo tempore. **O**fferiebant ihu paruulos. ut tangeret illos. **D**iscipuli autem comminabantur offerentibus. **Q**uos cum uideret ihc indigne tulit. et ait illis. **S**inite paruulos uenire ad me. et ne prohibueritis eos. **T**alium enim est regnum dei. Amen dico uobis. quisquis non receperit regnum dei uelut paruulus. non intrabit in illud. **E**t complexans eos. et imponens manus super illos. benedicebat eos. **Feria. vi.**

Sequen. sa. euangli. Scdm. Iohannem.

**I**n illo tempore. **D**ixit ihc turbis. **O**peramini non cibum qui perit. sed qui permanet in uitam eternam. quem filius hominis uobis dabit.

*Evangelium  
2 id nob videt  
ho qda habet  
duos filios  
de regno  
dysate*

*vacat*

**H**unc enim pater signauit deus. **D**ixerunt ergo ad eum. **Q**uid faciemus ut operemur opera dei. **R**espondit ihc. et dixit eis. **H**oc est opus dei. ut credatis in eum quem misit ille. **D**ixerunt ergo ei. **Q**uod ergo tu facis signum. ut uideamus et credamus tibi quid operaris. **P**anes nostri manna manducauerunt in deserto. sicut scriptum est. **P**anem de celo dedit eis manducare.



**D**ixit ergo eis ihc. Amen amen dico uobis. non moyses dedit uobis panem decelo. sed pater meus dat uobis panem decelo uerum. Panis enim dei est qui descendit decelo. et dat uitam mundo. Dixerunt ergo ad eum. Domine. da nobis panem hunc. Dixit autem eis ihc. Ego sum panis uite. Qui uenit ad me. non esuriet. Et qui credit in me. non sciet unquam.

*Dicitur vj. p. Epist. Eius est datus. Sicut fuit. Et c. hoc q. summa. hysum v. d. missa.*

**Domini. In septuagesima. Sequenti. scilicet. euanglii. Secundum. Mattheum.**

**N**ullo tempore. Dixit ihc discipulis suis. *parabo. hac* Simile est regnum celorum homini patri familias. qui erit primo mane. conduce re operarios in uineam suam. Conuentione autem facta cum operariis erdenario diurno. misit eos in uineam suam. Et egressus circa horam tertiam. uidit alios stantes in foro ociosos. et illis dixit. Ire et uos in uineam. et quod iustum fuerit dabo uobis. Illi autem abiierunt. Iterum autem erit circa sextam et nonam horam. et fecit similiter. Circa undecimam uero erit. et inuenit alios stantes. et dicit illis. Quid hic sta



111  
tis tota die ociosi. **D**icunt ei. **Q**uia nemo nos  
conduxit. **D**icit illis. **I**te et uos in uineam me-  
am. **C**um sero autem factum esset. dicit domi-  
nus uinee procuratori suo. **V**oca operarios. et  
redde illis mercedem. **I**ncipiens a nouissimis usque  
ad primos. **C**um uenissent ergo qui circa undeci-  
mam horam uenerant. acceperunt singulos de-  
narios. **V**enientes autem et primi. arbitrati sunt  
quod plus essent accepturi. **A**cceperunt autem  
et ipsi singulos denarios. **E**t accipientes. mur-  
murabant aduersus patrem familias dicentes.  
**H**ii nouissimi una hora fecerunt. et pares illos  
nobis fecisti. qui portauimus pondus diei et es-  
tus. **R**espondens autem ille. **A**mice. non facio tibi iniuriam.  
**H**omine ex denario con-  
uenisti mecum. **C**olle quod tuum est et uade.  
**V**olo autem et huic nouissimo dare. sicut et  
tibi. **A**ut non licet michi quod uolo facere.  
**A**n oculus tuus nequam est. quia ego bonus  
sum. **S**ic erunt nouissimi primi. et primi no-  
uissimi. **M**ulti enim sunt uocati. pauci autem  
electi. **ffera. 111.**



**S**equen. sa. euangli. Scdm. Marcum. **N**ullo temp. **Q**um transcendisset ihc in nau  
 rursus transiretum. conuenit turba multa ad  
 illum. & erat circa mare. **E**t uenit quidam de  
 archisynagogis nomine iairus. et uideus eum  
 proadit ad pedes eius. et deprecabatur eum mul  
 tum dicens. **Q**uoniam filia mea inextremis est.  
 ueni impone manum super eam. ut salua sit  
 et uiuat. **E**t abiit cum illo. & sequebatur eum  
 turba multa. & comprimebant illum. **E**t muli  
 er que erat in profluuio sanguinis annis duode  
 cim. et fuerat multa perpeffa a compluribus me  
 dias. et erogauerat omnia sua. nec quicquam  
 profecerat. sed magis deterius habebat. cum au  
 disset de ihu. uenit in turba retro. et tetigit uesti  
 mentum eius. **D**iceba t enim. **Q**uia si uel  
 uestimentum eius tetigero. salua ero. **E**t con  
 festim siccatus est fons sanguinis eius. & sensit  
 corpori quod sanata esset a plaga. **E**t statim ihc  
 cognosceus in semetipso uirtutem que exierat  
 de eo. conuersus ad turbam aiebat. **Q**uis teti  
 git uestimenta mea. **E**t dicebant ei discipuli

*Ev. Marcu. Esim  
 Ihs & discipuli eius pr  
 & dicebat in filia  
 me dicitur e ipse*

*vacat*

*multo tempore  
 quodam die  
 quodam die  
 quodam die*

*mult*



31  
sui. **V**ides turbam comprimentem te? et dicis  
quis me tenet? **E**t circumspiciebat uidere  
eam. que hoc fecerat. **M**ulier autem timens  
et tremens. sciens quod factum esset in se. ue-  
nit & prociudit ante eum. et dixit ei omnem  
ueritatem. **I**lle autem dixit ei. **F**ilia. fides tua  
te saluam fecit. **V**ade in pace. et esto sana a pla-  
gata tua. **Acta. vi.**

*Evangelium  
Iesu Christi  
secundum  
Lucam  
diebus  
assumptio  
Iesu  
Christi  
in  
pressus*

**Sequentia sancti euangelii secundum Marcum.**

**V**acat  
**n**ullo tempore. **V**enit ihesus transiitum maris. in  
regionem gerasenerum. **E**t exiit ei denari.  
statim occurrit demonumens homo in spiritu  
immundo. qui domicilium habebat in monu-  
mentis. et neque catenis iam quisquam eum  
poterat ligare. quoniam sepe compedibus et ca-  
tenis uinctus dirupisset catenas. & compedes  
comminuisset. **E**t nemo poterat eum domare.  
et semper nocte ac die in monumentis et in mon-  
tibus erat clamans. & concidens se lapidibus.  
**V**idens autem ihesus a longe. cucurrit et adorauit  
eum. & clamans uoce magna dixit. **Q**uid michi  
et tibi ihesu fili dei summi. **A**diuro te perdecum!



ne me torqueas. Dicebat enim illi. **Q**uoniam spiritus immunde ab homine. **E**t interrogabat eum. quod tibi nomen est. **E**t dicit ei. **R**egio nomen michi est. quia multi sumus. **E**t deprecabatur eum multum. ne se expelleret extra regionem. **E**rat autem ibi circa montem grex porcorum magnus pascens. et deprecabantur eum spiritus dicentes. **M**itte nos in portos. ut in eos introeamus. **E**t concessit eis statim ihc. **E**t exeuntes spiritus immundi introierunt in portos. et magno impetu grex precipitatus est in mare. adduo milia. et suffocati sunt in mari. **Q**ui autem pascebant eos fugerunt. et nuntiaverunt in civitate & in agris. **E**t egressi sunt videre quid esset facti. et veniunt ad ihm. et vident illum qui a demonio uocabatur sedentem uestitum et sane mentis. et timuerunt. **E**t narrauerunt illis qui uiderant. qualiter factum esset et qui demonium habuerat. & de porcis. **E**t rogare eum ceperunt. ut discederet de finibus eorum. **Q**umque ascenderet nauim. cepit illum deprecari qui a demonio uocatus fuerat ut esset cum



illo. et non admisit eum. sed ait illi. **V**ade  
in domum tuam ad tuos. et annuncia illis  
quanta tibi dominus fecerit. et miseratus sit

Vacat

**Sabbato. Sequi. scilicet. euang. secundum. Lucam.**  
nullo tempore. **F**actum est deinceps. ibat ihc  
in ciuitatem que uocatur naim. et ibant cum  
illo discipuli eius. et turba copiosa. **Q**um aut  
appropinquaret porte ciuitatis. ecce defunc  
tus efferebatur filius unicus matris sue. **E**t  
hec uidua erat. et turba ciuitatis multa cum  
illa. **Q**um cum uidisset dominus. misericor  
dia motus super ea. dixit illi. **N**oli flere. **E**t  
accessit. et tenuit loculum. **U**ti autem qui  
portabant steterunt. **E**t ait. **A**dulescens  
tibi dico surge. **E**t resedit qui erat mortuus  
et cepit loqui. et dedit illum matri sue. **A**ce  
pit autem omnes timor. et magnificabant  
deum dicentes. **Q**uia propheta magnus  
surrexit in nobis. et quia deus uisitauit ple  
bem suam. **D**ominica Insexagesima.

**Sequencia scilicet euanglii. Secundum. Lucam.**  
nullo tempore. **Q**um turba plurima conue

**T**um turba plurima conue



mirent. et de civitatibus properarent ad <sup>183</sup>  
 dixit per similitudinem. **E**xiit qui seminat.  
 seminare semen suum. **E**t dum seminat. ali  
 ud cecidit secus viam. & conculcatum est. &  
 volucres celi comederunt illud. **E**t aliud cec  
 dit supra petram. et natum aruit. quia non  
 habebat humorem. **E**t aliud cecidit inter  
 spinas. et simul exorte spine suffocaverunt  
 illud. **E**t aliud cecidit in terram bonam. et  
 ortum fecit fructum centuplum. **H**ec dicens  
 clamabat. **Q**ui habet aures audiendi audiat.  
**I**nterrogabant autem eum discipuli eius. que  
 esset hec parabola. **Q**uibus ipse dixit. **T**obis  
 datum est nosse mysterium regni dei. ceteris  
 autem in parabolis. **U**t videntes non videant.  
 et audientes non intelligant. **E**st autem  
 hec parabola. **S**emen est verbum dei. **Q**ui  
 autem secus viam sunt. hi sunt qui audiunt.  
**D**einde venit diabolus et tollit verbum de  
 corde eorum. ne credentes salvi fiant. **H**am  
 qui supra petram. qui cum audierint cum  
 gaudio suscipiunt verbum. et hi radices non



habent. qui ad tempus credunt. & in tempo-  
re temptationis recedunt. **Q**uod autem in  
spinis cecidit. hi sunt qui audierunt. et a sol-  
licitudinibus & diuitiis. et uoluptatibus uite  
euntes suffocantur. & non referunt fructum  
**Q**uod autem in bonam terram. hi sunt qui  
in corde bono et optimo audientes uerbum  
retinent. **E**t fructum afferunt in paciencia.

**I**tem. **III. Seq. sã eua. scdm. Marcum.**  
nullo temp. **A**xiens ihc de naui uidit tur-  
bam multam. et misertus est super eos. quia  
erant sicut oues non habentes pastorem. **E**t  
cepit docere illos multa. **E**t cum iam hora  
multa fieret. <sup>ad eu</sup>accesserunt discipuli eius dicentes.  
**D**esertus est locus hic etiam hora preteriiit.  
dimitte illos ut euntes in proximam uillam et  
uitos. emant sibi cibos quos manducent. **E**t  
respondens ait illis. **D**ate illis manducare.  
**E**t dixerunt ei. **A**untes emamus denarius  
ducentis panes. et dabimus eis manducare.  
**E**t dicit eis. **Q**uod panes habetis. **Q**uinq.  
**E**t duos pisces. **E**t precepit illis. ut accum



vere facerent omnes secundum contubernia  
 super uiride fenum. **E**t discubuerunt impar-  
 tes! per centenos et per quinquagenos. **E**t ac-  
 ceptis quinque panibus et duobus piscibus!  
 intuens celum. benedixit et fregit panes. et  
 dedit discipulis suis ut ponerent ante eos. et  
 duos pisces diuisit omnibus. **E**t manduca-  
 uerunt omnes. & saturati sunt. **E**t sustule-  
 runt reliquias fragmentorum duodecim cophi-  
 nos plenos! & depisabus. **E**rant autem qui  
 manducauerunt! quinque milia uirorum.  
**E**t statim coegit discipulos suos ascendere na-  
 uim! ut precederent eum transiretum ad beth-  
 saidam. dum ipse dimitteret populum. **E**t  
 cum dimisisset eos! abiit in montem orare.

**F**eria. vi. Sequi. sa. euuq. scdm. Matheum. Ev. I. Luca Inrogat Ihs  
a pharis qm uerit r di  
u. Oissale Impit.  
 nullo temp. **Q**espere autem facto! accesserunt  
 ad ihm discipuli eius dicentes. **D**esertus  
 est locus. et hora iam preterit! dimitte tur-  
 bas ut euntes in castella. emant sibi escas. **I**hs  
 autem dixit eis. **N**on habent necesse ue! dare  
 illis uos manducare. **R**esponderunt ei. **N**on

Vacat



habemus hic. nisi quinque panes et duos  
piscis. **Q**ui ait eis. **A**fferte illos michi hic.  
**E**t cum iussisset turbam discumbere supra  
fenum. acceptis quinque panibus et duobus  
piscibus. aspiciens in celum. benedixit et fregit.  
et dedit discipulis panes. **D**iscipuli autem  
turbis. **E**t manducauerunt omnes. et satu-  
rati sunt. **E**t tulerunt reliquias. duodecim  
cophinos fragmentorum plenos. **M**anducan-  
tium autem fuit numerus quinque milia ui-  
rorum. exceptis mulieribus & paruulis.

**Sabbō. Seq. s̄. eug. s̄. cōm. Marcum.**

**I**n illo tempore. **E**gressus est ih̄c ad mare. omnis  
que turba ueniebat ad eum. & docebat eos.  
**E**t cum preteriret. uidit leuim alpheti seden-  
tem atheloneum. et ait illi. **S**equere me. **E**t  
surgens. secutus est eum. **E**t factum est cum  
accumberet in domo illius. multi publicani  
& peccatores simul discumbebant cum ih̄c. &  
discipulis eius. **E**rant enim multi. qui et se-  
quebantur eum. et scribe & pharisai uidentes.  
quia manducaret cum peccatoribus et publi-



canis. dicebant discipulis eius. **Q**uare cum  
publicanis et peccatoribus manducat et bibit.

**H**oc audito ihc. ait illis. Non necesse habent  
sancti medico. sed qui male habent. Non enim  
veni uocare iustos. sed peccatores.

**D**ominica. Inquinquagesima.

**S**equencia. scilicet. euanglii. Secundum. Lucam.

nullo tempore. **A**ssumpsit ihc duodecim disci-  
pulos suos. et ait illis. Ecce ascendimus hie-  
rosolimam. et consuminabuntur omnia que  
scripta sunt per prophetas de filio hominis.

Tradetur enim gentibus. et maledictus. et flagel-  
labitur. et conspuetur. **E**t postquam flagel-  
lauerint. occident eum. et die tertia resurget.

**E**t ipsi nichil horum intellexerunt. **E**t erat  
uerbum istud absconditum ab eis. et non intel-  
ligebant que dicebantur. **F**actum est autem  
cum appropinquarent hiericho. cecus quidam  
sedebat secus uiam mendicans. **E**t cum audi-  
ret turbam pretereuntem. interrogabat  
quid hoc esset. **D**ixerunt autem ei. quod ihc  
nazareus transiret. **E**t clamauit dicens.



**I**hu fili dauid. miserere mei. **E**t qui preibat.  
increpabant eum ut taceret. **I**pse uero mul-  
tomagis clamabat. **F**ili dauid. miserere  
mei. **S**tans autem ihc. iussit eum adduci ad  
se. **E**t cum appropinquasset. interrogauit  
illum dicens. **Q**uid tibi uis faciam. **A**t ille  
dixit. **D**omine. ut uideam. **E**t ihc dixit illi.  
**R**espice. fides tua te saluum fecit. **E**t con-  
fessum uidit. et sequebatur illum magnifi-  
cans deum. **E**t omnis plebs ut uidit. dedit  
laudem deo. **f. iiii. Incipite Ieiunium.**

**Sequent. sc. euanglii. scdm. Mattheum.**

**I**n illo tempore. **D**ixit ihc discipulis suis.  
**Q**um ieiunatis. nolite fieri sicut hypocri-  
te tristes. **E**xterminant enim facies  
suas. ut <sup>ap</sup>pareant hominibus ieiunan-  
tes. **A**men dico uobis. quia receperunt mer-  
cedem suam. **T**u autem cum ieiunas unge  
caput tuum. & faciem tuam laua. ne uidea-  
ris hominibus ieiunans. sed patri tuo qui  
est in abscondito. et pater tuus qui uidet in  
abscondito reddet tibi. **N**olite thesaurizare



uobis thesauros in terra! ubi erugo et tinea  
 demolitur. & ubi fures effodiunt et furantur.  
 Thesaurizate autem uobis thesauros  
 in celo! ubi neque erugo neque tinea demoli-  
 tur. & ubi fures non effodiunt nec furantur.  
 Ubi enim est thesaurus tuus! ibi est et cor-  
 tuum.  **feria. v. Sequi. sa. eug. s. Mattheum.**  
**I**n illo tempore! Num introuisset ihc capharna-  
 um! accessit ad eum centurio. rogans eum  
 et dicens. Domine. puer meus iacet in do-  
 mo paralyticus! et male torquetur. Et ait  
 illi ihc. Ego ueniam! & curabo eum. Et  
 respondens centurio ait. Domine. non sum  
 dignus ut intres subtectum meum! sed tan-  
 tum dic uerbo et sanabitur puer meus. Nam  
 et ego homo sum sub potestate habens sub  
 me milites. Et dico huic uade: et uadit. Et  
 alio ueni. & uenit. Et seruo meo fac hoc. et  
 facit. Audiens autem ihc miratus est! et se-  
 quentibus se dixit. Amen dico uobis! non  
 inueni tantam fidem in israhel. Dico autem  
 uobis! quod multi ab oriente et occidente ue-

Isia v. Eui 21 Olat.  
 Cu oratis n eussit  
 hypocrite Die Olat  
 sa de ympstic

Vacat



nient. et recumbent cum abraham & isaac &  
iacob in regno celorum. Filii autem regni  
eiciuntur in tenebras exteriores. ibi erit fle-  
tus et stridor dencium. Et dixit ihc centu-  
rioni. Vade. et sicut credidisti fiat tibi. Et  
sanatus est puer in illa hora. *Feria. vi.*

*Sequen. sa. euangli. scdm. Matheum.*  
nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**A**udistis quia dictum est. diliges proximum  
tuum. & odies inimicum tuum. Ego  
autem dico uobis. Diligite inimicos uestros!  
benefacite his qui oderunt uos. Et orate  
propersequentibus et calumpniantibus uos.  
Et sicut filii patris uestri qui in celis est. qui  
solem suum oriri facit super bonos & malos.  
& pluit super iustos et iniustos. Si enim di-  
ligitis eos qui uos diligunt. quam merce-  
dem habebitis. Homine et publicani hoc  
faciunt. Et si salutaueritis fratres uestros  
tantum. quid amplius facitis. Homine et  
ethnica hoc faciunt. Estote ergo uos per-  
fecti. sicut et pater uester celestis perfectus



est. **A**dtendite ne iusticiam uestram faciatis coram hominibus. ut uideamini ab eis. **A**lioquin. mercedem non habebitis apud patrem uestrum qui in celis est.

**Q**um ergo facis elemosinam. noli tuba canere ante te sicut hypocrite faciunt in synagogis et in uiciis. ut honorificentur ab hominibus. **A**men dico uobis. receperunt mercedem suam. **T**e autem faciente elemosinam. nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. **E**t sit elemosina tua in abscondito. et pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. **E**t cum oratis. non eritis sicut hypocrite. qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare. ut uideantur ab hominibus. **A**men dico uobis. receperunt mercedem suam. **T**u autem cum orabis intra cubiculum tuum. et clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. **E**t pater tuus qui uidet in abscondito. reddet tibi. **Sabbato.**

**Sequen. sa. euuighi. Scdm. Marcum.**  
**I**n illo tempore. **Q**um sero esset factum. erat



nauiſ in medio mari. et ihc ſolus in terra.  
**E**t uident eos laborantes in remigando. erat enim uentus contrarius eis. **E**t circa quartam uigiliam noctis. uenit ad eos ambulans ſuper mare. & uolebat preterire eos. **A**t illi ut uiderent eum ambulantem ſuper mare. putauerunt fantasma eſſe. **E**t exclamarunt. **O**mnes enim eum uiderunt. et conturbati ſunt. **E**t ſtatim locutus eſt cum eis. et dixit illis. **C**onfidite. ego ſum. nolite timere. **E**t aſcendit ad illos in nauim. et ceſſauit uentus. & plus magis intra ſe ſtupēbant. **N**on enim intellexerant de panibus. **E**rat enim cor illorum obcecatum. **E**t cum tranſreſſeſſent. peruenerunt in terram genuſareth. et applicuerunt. **Q**umque egreſſi eſſent de nauim. continuo cognouerunt eum. **E**t percurrentes uniuerſam regionem illam. ceperunt in grabatis eos qui ſe male habebant circumferre: ubi audiebant eum eſſe. **E**t quocumque introibat in uicos uel in uillas aut ciuitates. in plateis ponebant



23  
infirmos. et deprecabantur eum ut uel  
simbriam uestimenti eius tangerent. Et  
quot quot tangebant eum. salui fiebant.

**Domunica In Quadragesima.**

**Sequen. sa. euangli. Scdm. Matheum.**

nullo temp. **D**uctus est ihc in desertum  
aspuritu. ut temptaretur a diabolo. Et cum  
ieiunasset quadraginta diebus & quadra-  
ginta noctibus. postea esuruit. Et accedens  
temptator. dixit ei. Si filius dei es. dic ut la-  
pides isti panes fiant. **Q**ui respondens dixit.  
**S**criptum est. non in solo pane uiuet homo.  
sed in omni uerbo quod procedit de ore dei.

**T**unc assumpsit eum diabolus in sanctam  
ciuitatem. et statuit eum supra pinnaculum  
templi. et dixit ei. Si filius dei es. mitte te de-  
orsum. **S**criptum est enim. Quia angelis  
suis mandauit de te. & in manibus tollent  
te. ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

**A**it illi ihc rursus. **S**criptum est. non temp-  
tabis dominum deum tuum. **I**terum assump-  
sit eum diabolus in montem excelsum ualde.



et ostendit ei omnia regna mundi et glori-  
am eorum. et dixit illi. **Et** omnia tibi dabo.  
si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei ihc.  
**Vade** sathanas. Scriptum est enim. Do-  
minum deum adorabis. & illi soli seruias.  
Tunc reliquit eum diabolus. et ecce angeli  
accesserunt. et ministrabant ei. **ffera. 11.**

**I** Sequen. sa. euuglii. Sedm. Matheum.  
nullo temp. Dixit ihc discipulis suis.

**Q**um uenerit filius hominis in maiesta-  
te sua et omnes angeli cum eo. tunc se-  
debit super sedem maiestatis sue. et congre-  
gabuntur ante eum omnes gentes. Et sepa-  
rabit eos ab inuicem. sicut pastor segregat  
oues ab hedis. Et statuet oues quidem ad dex-  
tras suas. hedos autem a sinistris. Tunc dicet  
rex his qui ad dexteris eius erunt. Venite be-  
nedicti patris mei. possidete paratum uobis  
regnum a constitutione mundi. **Esurui**  
enim. et dedistis michi manducare. **Hospes**  
eram. & collegistis me. **Hudus.** et operuistis  
me. **Infirmus.** et uisitastis me. **In carcere**

**D**ixit. et dedi-  
stis michi bibe.



eram! et uenistis ad me. Tunc respondebunt  
 ei iusti dicentes. Domine. quando te uidimus  
 esurientem et pauperum. Sicientem. et dedi-  
 mus tibi potum. Quando autem te uidimus  
 hospitem. et collegimus te. Aut nudum. et  
 cooperuimus. Aut quando te uidimus infir-  
 mum aut in carcere. et uenimus ad te. Et  
 respondens rex! dicit illis. Amen dico uobis!  
 quamdiu fecistis uni de his fratribus meis.  
 michi fecistis. Tunc dicit et his qui a sinistris  
 erunt. Discedite a me maledicti in ignem  
 eternum! qui paratus est diabolo et angelis  
 eius. Esuriui enim! et non dedistis michi  
 manducare. Sitiui! et non dedistis michi po-  
 tum. Hospes eram! et non collegistis me:  
 Nudus. et non operuistis me. Infirmus et  
 in carcere! et non uisitastis me. Domine!  
 quando te uidimus esurientem. aut sicientem.  
 aut hospitem. aut nudum. aut infirmum.  
 uel in carcere. et non ministrauimus tibi. Tunc  
 respondebit illis dicens. Amen dico uobis! quam-  
 diu non fecistis uni de minoribus his. nec michi

Tunc respon-  
 debunt ei: et  
 ipsi dicentes.



fecistis. Et ibunt hi in supplicium eternum.  
iusti autem in uitam eternam. *Seria: iij.*  
*Sequencia sa. euanglii. Scdm. Mattheum.*  
nullo tempore. **Q**um intrasset ihc hierosolimam.  
commota est uniuersa ciuitas dicens. **Q**uis  
est hic. **P**opuli autem dicebant. **H**ic est ihc  
propheta. anazareth galilee. **E**t intrauit  
ihc in templum dei. et eiciebat omnes uenden-  
tes & ementes in templo. **E**t mensas nummu-  
latorum. et cathedras uendencium columbas  
euerit. **E**t dicit eis. **S**criptum est. domus mea  
domus orationis uocabitur. **N**os autem fecis-  
tis illam speluncam latronum. **E**t accesserunt  
ad eum ceci et claudi in templo. et sanauit eos.  
**V**identes autem principes sacerdotum et scribe  
mirabilia que fecit. et pueros clamantes in temp-  
lo et dicentes. **O**sanna filio dauid. indignati  
sunt. & dixerunt ei. **A**udis quid isti dicunt.  
**I**hc autem dicit eis. **U**nique. **H**umquam le-  
gistis. quia ex ore infancium et lactancium per-  
fecisti laudem. **E**t relicto illis. abiit foras  
extra ciuitatem in bethaniam. **I**bique docebat



eos: de regno dei. **Feria. iiii.** <sup>4<sup>to</sup> 123</sup>  
**Sequen. sa. euanglii. secundum. Matheum.**  
 nullo tempore. **A**ccesserunt ad ihm scribe  
 et pharisei dicentes. Magister. uolumus ate  
 signum uidere. **Q**ui respondens ait illis. **G**e  
 neratio mala et adultera signum querit. et  
 signum non dabitur ei. nisi signum ione pro  
 phete. **S**icut enim fuit ionas in ventre ceti tri  
 bus diebus & tribus noctibus. sic erit filius  
 hominis in corde terre. tribus diebus et tribus  
 noctibus. **U**ni nunc uide surgent in iudicio cum  
 generatione ista. et condempnabunt eam.  
 quia penitentiam egerunt in predicatione io  
 ne. **E**t ecce plusquam iona hic. **R**egina austri  
 surget in iudicio cum generatione ista. & con  
 dempnabit eam. quia uenit a finibus terre au  
 dire sapientiam salomonis. **E**t ecce plusquam  
 salomon hic. **Q**um autem immundus spiritus  
 exierit ab homine. ambulat per loca arida.  
 querens requiem et non inuenit. **T**unc dicit.  
**R**euertar in domum meam unde exiui.  
**E**t ueniens inuenit uacantem. scopis mun



datam et ornatum. Tunc uadit et assumit  
septem alios spiritus secum nequiores se: et  
intrantes habitabant ibi. Et sunt nouissi-  
ma hominis illius: peiora prioribus. Sic  
erit et generationi huic pessime. Adhuc  
eo loquente ad turbas: ecce mater eius &  
fratres stabant foris. querentes loqui ei.  
**D**ixit autem ei quidam. Ecce mater tua  
et fratres tui foris stant. querentes te. At ipse  
respondens dicenti sibi ait. Quae est mater  
mea et qui sunt fratres mei. Et extendens  
manum in discipulos suos dixit. Ecce ma-  
ter mea & fratres mei. Quicumque enim  
fecerit uoluntatem patris mei qui in caelis  
est: ipse meus et frater: et soror & mater est.  
**I**tem. v. Sequen. sa. eu. gl. s. d. m. Mattheum.  
nullo temp. **A**gressus inde ihc. secessit in  
partes tyri et sydonis. Et ecce mulier cha-  
naea a sinibus illis egressa. clamauit di-  
cens ei. Misere mei domine. fili dauid. fi-  
lia mea male ad me homo ueratur. Qui non  
respondit ei uerbum. Et accedentes disci-

Evangel. iohes  
si uos maseus  
et sermo meo  
Deo digna  
ipicstu.

macar



25  
puti eius. rogabant eum dicentes. **D**imitte  
eam. quia clamat post nos. **I**psē autem res  
pondens ait. **N**on sum missus nisi ad ues  
que perierunt domus israhel. **A**t illa uenit.  
et adorauit eum dicens. **D**omine adiuua  
me. **Q**ui respondens ait. **N**on est bonum  
sumere panem filiorum. et mittere cani  
bus. **A**t illa dixit. **E**tiam domine. **H**am et  
catelli edunt demias. que cadunt de mensa  
dominorum suorum. **T**unc respondens ihc.  
ait illi. **O** mulier. magna est fides tua. fiat  
tibi sicut uis. **E**t sanata est filia eius. ex illa  
**H**ora. **F**eria. vi. **S**equi. s. eug. scd. **I**ohanne.  
nullo temp. **Q**uod erat dies festus iudeorum.  
et ascendit ihc hierosolimam. **E**st autem  
hierosolimis probatica piscina. que cogno  
minatur hebraice bethsaida. quinque por  
ticis habens. **I**n his iacebat multitudo  
magna languentium. cecorum. claudum.  
aridum. expectantium aque motum.  
**A**ngelus autem domini secundum tem  
pus descendebat in piscinam. et mouebatur



aqua. **E**t qui prior descendisset in piscinam.  
post motionem aque. sanus fiebat. aqua  
cumque tenebatur infirmitate. **E**rat autem  
quidam homo ibi. triginta & octo annos ha-  
bens in infirmitate sua. **H**unc cum uidisset  
ihc iacentem. et cognouisset quia multum  
iam tempus haberet. dicit ei. **U**is sanus fieri.  
**R**espondit ei languidus. **D**omine. hominem  
non habeo. ut cum turbata fuerit aqua mit-  
tat me in piscinam. **D**um uenio enim ego.  
alius ante me descendit. **D**icit ei ihc. **S**urge  
tolle grabatum tuum & ambula. **E**t statim  
sanus factus est homo. et sustulit grabatum  
suum et ambulabat. **E**rat autem sabbatum  
nullo die. **D**icebant iudei illi qui sanatus  
fuerat. **S**abbatum est. non licet tibi tollere  
grabatum tuum. **R**espondit eis. **Q**ui me  
fecit sanum ille michi dixit. tolle grabatum  
tuum et ambula. **I**nterrogauerunt ergo  
eum. **Q**uis est ille homo qui dicit tibi. tolle  
grabatum tuum et ambula. **I**s autem qui  
sanus fuerat effectus. nesciebat quis esset.



Ihesus enim declinavit a uerba constituta in loco.  
 Postea inuenit eum ihesus in templo et dixit illi.  
 Ecce sanus factus es. iam noli peccare. ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo et nuntiavit iudeis. quia ihesus esset. qui fecit eum sanum.  
**Sabbatum.**  
**Sequencia s[an]c[t]i euang[el]ii. Sec[un]dum. Mattheum.**  
 in illo temp[or]e. **A**ssumpsit ihesus petrum et iacobum et iohannem fratrem eius. et duxit illos in montem excelsum seorsum. et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol. uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuit illis moyses. et helyas cum eo loquentes. Respondens autem petrus. dixit ad ihesum. Domine. bonum est nos hic esse. si uis faciamus hic tria tabernacula. tibi unum. moysi unum. et helye unum. Adhuc eo loquente. ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce uox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus. in quo michi bene complacui. ipsum audite. Et audientes discipuli. ceciderunt in faciem suam et timuerunt ualde. Et accessit

*Handwritten marginal notes in a smaller script, possibly a commentary or gloss, with some red initials.*



ihc et tetigit eos. dixitque eis. Surgite et nolite  
timere. Uenientes autem oculos suos. nemi-  
nem uiderunt nisi solum ihm. Et descenden-  
tibus illis de monte. precepit ihc dicens. Nemi-  
ni dixeritis uisionem. donec filius hominis.  
amortuus resurgat. **DOMINICA. II.**

1. dicitur 2  
cum or  
mde ihu  
ante feria  
fo. 25.

dicit

**Sequenti. sa. euanglii. s. ad m. Iohannem.**

**N**ullo tempore. **U**enit ad ihm leprosus. depre-  
cans eum. et genu flexo dixit. Si uis. potes  
me mundare. **I**hc autem misertus eius. ex-  
tendit manum suam. & tangens eum. ait illi.  
**V**olo mundare. **E**t cum dixisset. statim dis-  
cessit ab eo lepra. et mundatus est. **E**t com-  
minatus est ei. statimque eiecit illum. & dicit  
ei. **N**ide nemini dixeris. **S**ed uade ostende te  
principi sacerdotum. et offer pro mundatio-  
ne tua. que precepit moyses in testimonium

**illis. feria. ii. Sequi. sa. euang. s. Iohannem.**

**N**ullo tempore. **D**ixit ihc turbis iudeorum.  
**E**go uado et queritis me. et in peccato  
uestro moriemini. **Q**uo ego uado. uos  
non potestis uenire. **D**icebant ergo iudei.



Numquid interficiet semetipsum. quia dicit  
 quo ego uado uos non potestis uenire. **Et**  
 dicebat eis. **Vos** de deorsum estis. ego de super  
 nis sum. **Vos** de mundo hoc estis. ego non sum  
 de hoc mundo. **Dixi** ergo uobis. quia morte  
 mini in peccatis uestris. **Si** enim non crede  
 ritis quia ego sum. mortem mini in peccato uest  
 ro. **Dicebant** ergo ei. **Tu** quis es. **Dixit**  
 eis ihc. **Principium** qui et loquor uobis.  
**Multa** habeo de uobis loqui et iudicare. sed  
 qui misit me uerax est. **Et** ego que audiui  
 ab eo. hec loquor in mundo. **Et** non cognoue  
 runt. quia patrem eis dicebat. **Dixit** ergo eis  
 ihc. **Cum** exaltaueritis filium hominis. tunc  
 cognoscetis quia ego sum. **Et** ame ipso facio  
 nihil. sed sicut docuit me pater hec loquor.  
**Et** qui me misit mecum est. et non relinquit  
 me solum. quia ego que placata sunt ei. facio  
 semper. **Feria. iii. Sequi. i. i. eug. s. Matheum.**  
**U**ocatus est ihc ad turbas. et ad  
 discipulos suos dicens. **Super** cathedram moy  
 si. sederunt scribe et pharisai. **Omnia** ergo que



1147  
cunque dixerint uobis. seruare et facite. Se-  
cundum opera uero eorum nolite facere. Di-  
cunt enim et non faciunt. Alligant autem  
onera graua et importabilia. et imponunt in  
humeros hominum. digito autem suo nolunt  
ea mouere. Omnia uero opera sua faciunt. ut  
uideantur ab hominibus. Dilatant enim fila-  
teria sua. et magnificant fimbrias. Amant au-  
tem primos recubitus in cenis. et primas cathe-  
dras in synagogis. et salutationes in foro. et uo-  
cari ab hominibus rabbi. Nos autem nolite uo-  
cari rabbi. Unus est enim magister uester. Om-  
nes autem uos fratres estis. Et patrem nolite  
uocare uobis super terram. Unus est enim pater  
uester. qui in celis est. Ne uocemini magistri.  
quia magister uester unus est xpc. Qui maior  
est uestrum. erit minister uester. Qui autem  
se exaltauerit. humiliabitur. Et qui se humi-  
liauerit exaltabitur. *Feria. iiii.*

*Sequencia sa euuglii. Secundum. Matheum.*  
In illo temp. *A*scendens ihc hierosolimam. as-  
sumpsit duodecim discipulos <sup>suos</sup> secreto. et ait illis.



**A**cce ascendimus hierosolimam. et filius ho-  
 minis tradetur principibus sacerdotum et scri-  
 bis. et condemnabunt eum morte. et tradent  
 eum gentibus ad deludendum. et flagellan-  
 dum. & crucifigendum. et tertia die resurget.  
**T**unc accessit ad eum mater filiorum zebedei  
 cum filis suis. adorans et petens aliquid ab eo.  
**Q**ui dixit ei. Quid uis. **A**it illi. **D**ic ut sede-  
 ant hi duo filii mei. unus ad dexteram tuam. &  
 unus ad sinistram in regno tuo. **R**espondens  
 autem ihc dixit. **H**escitis quid petatis. **P**otestis  
 bibere calicem quem ego bibiturus sum. **D**i-  
 cunt ei. **P**ossumus. **A**it illis. **C**alicem quidem  
 meum bibetis. sedere autem ad dexteram me-  
 am et sinistram. non est meum dare uobis. sed  
 quibus paratum est a patre meo. **E**t audien-  
 tes decem. indignati sunt de duobus fratribus.  
**I**hc autem uocauit eos ad se et ait. **S**citis quia  
 principes gentium dominantur eorum. et  
 qui maiores sunt. potestatem exercent in eos.  
**N**on ita erit inter uos. **S**ed quicumque uolue-  
 rit inter uos maior fieri. sit uester minister.



Et qui uoluerit inter uos primus esse: erit ues-  
ter seruus. Sicut filius hominis non uenit mi-  
nistrari: sed ministrare. Et dare animam su-  
am: redemptionem promittis. *Feria. v.*

*Sequen. sa euangli. Secundum. Lucam.*

*Evj 71 jobz  
No possit eo  
a me po fa  
te q'ca. vi  
Dissale ipressit*

*uacat*

*et nemo illi d*

nullo tempore. Dixit ihc discipulis suis parabo-  
lam hanc. Homo quidam erat diues: et indue-  
batur purpura & bysso: et epulabatur cotidie  
splendide. Et erat quidam mendicis nomine  
lazarus: qui iacebat ad ianuam eius ulceribus  
plenus. cupiens satuari de micis. que cadebant  
de mensa diuitis. Sed et canes ueniebant. et  
lingeant ulcera eius. Factum est autem ut  
moreretur mendicis: et portaretur ab ange-  
lis in sinum abrahe. Mortuus est autem et  
diues: & sepultus est in inferno. Eleuans  
autem oculos suos. cum esset in tormentis:  
uidit abraham a longe. et lazarium in sinu  
eius. & ipse clamans dixit. Pater abraham  
miserere mei: et mitte lazarium ut intingat  
extremum digiti sui in aqua. ut refrigeret  
linguam meam. quia crucior in hac flamma.



Et dixit illi abrahā. **F**ili. recordare quia  
recepisti bona inuita tua. et lazarus similiter  
mala. **H**unc autem hic consolatur. tu uero  
cruciaris. **E**t in his omnibus inter nos & uos  
chaos magnum firmatum est. et hi qui uo-  
lunt hunc transire ad uos non possint. neque  
huc transire. **E**t ait. **R**ogo ergo te pa-  
ter. ut mittas eum in domum patris mei.

**H**abeo enim quinque fratres. ut testetur il-  
lis ne et ipsi ueniant in locum hunc tormen-  
torum. **E**t ait illi abrahā. **H**abent moysen  
et prophetas. audiant illos. **A**t ille dixit. **N**on  
pater abrahā. sed si quis ex mortuis uenit ad  
eos penitentiam agent. **A**it autem illi. **S**i  
moysen et prophetas non audiunt. neque  
si quis ex mortuis resurrexerit credent. **fi. vi.**

**Sequen. sc. euanglii. Scdm. Matheum.**  
nullo tempore. **D**ixit ihc discipulis suis et tur-  
bis iudeorum parabolam hanc. **Q**uomodo erat  
pater familias qui plantauit uineam. et se-  
pem circumdedit ei. **E**t fodit in ea torcular.  
et edificauit turrin. & locauit eam agricolis.



et peregre profectus est. **Q**um autem tem-  
pus fructuum appropinquasset. misit ser-  
uos suos ad agricolas. ut acciperent fructus  
eius. **E**t agricolae apprehensis seruis eius.  
alium ceciderunt. alium occiderunt. alium  
uero lapidauerunt. **I**terum misit alios ser-  
uos plures prioribus. et fecerunt illis simili-  
ter. **H**ouissime autem. misit ad eos filium  
suum dicens. **T**erebuntur filium meum.  
**A**gricolae autem uidentes filium. dixerunt  
intra se. **H**ic est heres. uenite occidamus eum.  
et habebimus hereditatem eius. **E**t apprehen-  
sum eum eiecerunt extra uineam. et occide-  
runt. **Q**um ergo uenerit dominus uinee.  
quid faciet agricolis illis. **R**espondit illi. **M**alos  
male perdet. et uineam locabit aliis agrico-  
lis. qui reddant ei fructum temporibus suis.  
**D**icit illis ih̄c. **N**umquam legistis inscrip-  
turis. lapidem quem reprobauerunt edifican-  
tes. hic factus est in caput anguli. **A**d domino  
factum est istud. et est mirabile in oculis  
nostris. **I**deo dico uobis. quia auferetur a uo-



bis regnum dei. et dabitur genti facienti  
 fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem  
 istum. confringetur. Super quem uero ceciderit.  
 conteret eum. Et cum audissent prin-  
 cipes sacerdotum et pharisei parabolam eius.  
 cognouerunt quod de ipsis diceret. Et que-  
 rentes eum tenere timuerunt turbas. quoni-  
 am sicut prophetam. eum habebant. **Sabbio.**  
**Sequencia sa. euanglii. Secundum. Lucam.**  
 nullo temp. **D**icit <sup>icabat Ihs. ab iudeo. parabolam hanc</sup> ihc discipulis suis. Homo  
 quidam habuit duos filios. et dixit ad aef-  
 centior ex illis patri. **P**ater. da michi portio-  
 nem substance. que me contingit. Et diuisit  
 illis substantiam. Et non post multos dies.  
 congregatis omnibus adulescentior filius.  
 peregre profectus est in regionem longinquam.  
 Et ibi dissipauit substantiam suam. uiuen-  
 do luxuriose. Et postquam omnia consum-  
 masset. facta est fames ualida in regione  
 illa. Et ipse cepit egere. Et abiit et adhesit  
 uni ciuium regionis illius. & misit illum  
 in uillam suam ut pasceret porcos. Et cupie



bat implere uentrem suum de siliquis quas  
porta manducabant. et nemo illi dabat. **Ipe**  
autem reuersus dixit. **Q**uanti mercenna  
rii patris mei abundant pambus. ego autē  
hic fame pereō. **S**urgam et ibo ad patrem  
meum. et dicam illi. **P**ater. peccau in celum  
et coram te. et iam non sum dignus uocari fi  
lius tuus. fac me sicut unum de mercennariis  
tuis. **E**t surgens. uenit ad patrem suum. **C**ū  
autem adhuc longe esset. uidit illum pater  
ipsius. et misericordia motus est. et accurrens  
cecidit supra collum eius. et osculatus est eum.  
**D**ixitque ei filius. **P**ater. peccau in celum et  
coram te. iam non sum dignus uocari filius  
tuus. **D**ixit autem pater ad seruos suos. **Q**ui  
proferte stolam primam. et induite illum.  
et date annulum in manu eius. et calciamenta  
in pedes eius. **E**t adducite uiculum saginatum  
et occidite. et manducemus et epulemur. quia  
hic filius mortuus erat. et reuixit. perierat et  
inuentus est. **E**t ceperunt epulari. **E**rat autē  
filius eius senior magro. **E**t cum ueniret et



32  
appropinquaret domui. audiuit symphoniam  
et chorum. & uocauit unum de seruis. et  
interrogauit que hec essent. **I**sque dixit illi.  
frater tuus uenit. et occidit pater tuus ui-  
culum saginatum. quia saluum illum recepit.  
**I**ndignatus est autem. et nolebat introire. Pa-  
ter ergo illius egressus. cepit rogare illum. At  
ille respondens. dixit patri suo. **A**cce tot an-  
nis seruo tibi. et nunquam mandatum tuum  
preceui. & nunquam dedisti michi hedum.  
ut cum amicis meis epularer. **S**ed postquam  
filius tuus hic deuorauit substantiam su-  
am. cum meretricibus uenit. occidisti illi ui-  
culum saginatum. **A**t ipse dixit illi. **F**ili. tu  
semper mecum es. et omnia mea tua sunt.  
**E**pulari autem et gaudere oportebat. quia  
frater tuus hic mortuus erat. & reuixit. perie-  
rat et inuentus est. **Dom. iii. Inquadragesi.**  
**S**equenti euangli. scdm. **L. ucam.**  
**E**rat ihc eiciens demoni. **I**n illo tempore!  
unus. et illud erat mutum. **E**t cum eie-  
cisset demonium locutus est mutus. et admi-



rate sunt turbæ. **Q**uidam autem ex eis dice-  
runt. **I**n beelzebub principe demoniorum e-  
icit demonia. **E**t alii temptantes. signum de  
celo querebant ab eo. **I**pse autem ut uidit co-  
gitationes eorum. dixit eis. **O**mne regnum  
in se ipsum diuisum desolatur. et domus supra  
domum cadit. **S**i autem et sathanas in se ipsum  
diuisus est. quomodo stabit regnum eius.  
**Q**uia dicitis in beelzebub eicere me demonia.  
**S**i autem ego in beelzebub eicio demonia. filii  
uestri in quo eiciunt. **I**deo ipsi iudices uestri  
erunt. **P**orro si indigito dei eicio demonia.  
profecto peruenit in uos regnum dei. **C**um  
fortis armatus custodit atrium suum. in pa-  
ce sunt ea que possidet. **S**i autem fortior illo  
super ueniens uicerit eum. uniuersa arma  
eius aufert in quibus confidebat. et syolia eius  
distribuet. **Q**ui non est mecum. aduersum  
me est. **E**t qui non colligit mecum dispergit.  
**C**um immundus spiritus exierit de homine.  
perambulans per loca in aquosa. querens re-  
quiem et non inueniens dicit. **R**euertam in domum



inum meam unde exiit. Et cum uenerit.  
 inuenit scopis mundatam. et tunc uadit et  
 assumit septem alios spiritus nequiores se.  
 et ingressi habitant ibi. Et sunt nouissima  
 hominis illius. peiora prioribus. Factum est  
 autem cum hec diceret. extollens uocem que-  
 dam mulier de turba dixit illi. Beatus uenter  
 qui te portauit. et ubera que suxisti. At ille dixit.  
 Quia immo. beati qui audiunt uerbum  
 dei. et custodiunt illud. **feria. ii.**

**Sequen. sa. euangli. secundum. Lucam.**

**I**n illo tempore. **U**erunt pharisei ad ihm.

Quanta audimus facta in capharnaum.  
 fac et hic in patria tua. **A**it autem. Amen dico  
 uobis. quia nemo propheta acceptus est in pa-  
 tria sua. **I**n ueritate dico uobis. multe uidue  
 erant in diebus helve in israhel. quando clau-  
 sum est celum annis tribus et mensibus sex.  
 cum facta esset fames magna in omni terra.  
 et ad nullam illarum missus est helyas. nisi in  
 sarepta sydonie ad mulierem uiduam. **E**t  
 multi leprosi erant in israhel sub helyseo prophe-



ta! et nemo eorum mundatus est nisi neman  
syrius. Et repleti sunt omnes in synagoga  
haec audientes. Et surrexerunt. et eiecerunt  
illum extra ciuitatem. et dixerunt illum us  
que ad super alium montis. supra quem ci  
uitas illorum erat edificata. ut precipitarent  
eum. Ipse autem transiens. per medium illoz  
ibat. *seria. iii.*

*Sequen. scti euanglii. secundum. Mattheum.*  
nullo tempore. **R**espiciens ihc discipulos suos!  
dixit symoni petro. Si peccauerit in te frater  
tuus. uade et corripe eum inter te et ipsum  
solum. Si te audierit. lucratus eris fratrem  
tuum. Si autem non te audierit. adhibe  
tecum adhuc unum uel duos. ut more duoz  
testium uel trium. stet omne uerbum. Quod  
si non audierit eos. dic ecclesie. Si autem eccle  
siam non audierit. sit tibi sicut ethnicus et  
publicanus. Amen dico uobis. quaecumque al  
ligaueritis super terram. erunt ligata & in  
celo. Et quaecumque solueritis super terram.  
erunt soluta et in celo. Iterum dico uobis. quia



si duo ex uobis consenserint super terram de  
 omni re quamcumque peccerint fiet illis  
 a patre meo qui in celis est. **U**bi enim sunt  
 duo uel tres congregati in nomine meo. ibi  
 sum in medio eorum. **T**unc accedens petrus  
 ad eum dixit. Domine. quotiens peccabit in  
 me frater meus. et dimittam ei usque septies.

**D**ixit illi ihc. Non dico tibi usque septies. sed  
 usque septuagies septies. **FERIA. III.**

**Sequent. sa. euu. glij. scdm. Matheum.**

**I**n illo tempore. **A**ccesserunt ad ihm ab hierosoli  
 mis scribe et pharisei dicentes. **Q**uare discipu  
 li tui transgrediuntur traditionem seniorum.

**N**on enim lauant manus suas cum panem  
 manducant. **I**pse autem respondens. ait illis.

**Q**uare et uos transgredimini mandatum dei  
 propter traditionem uestram. **H**am deus dix  
 it. **H**onora patrem & matrem. et qui maledix  
 erit patri uel matri. morte moriatur. **U**os  
 autem dicatis. **Q**uicumque dixerit patri uel  
 matri. munus quodcumque est ex me tibi pro  
 derit. et non honorificauit patrem suum aut



matrem suam. et irritum fecistis mandatum  
dei propter traditionem uestram. **H**ypocrite!  
bene prophetauit de uobis esayas. **P**opulus hic  
labijs me honorat. cor autem eorum longe e  
anime. **S**ine causa autem colunt me. docentes  
doctrinas mandata hominum. **E**t conuoca  
tis ad se turbis. dixit eis. **A**udite et intelligite.  
**N**on quod intrat in os conquinat hominem!  
sed quod procedit ex ore hoc conquinat homi  
nem. **T**unc accedentes discipuli eius. dixerunt  
ei. **S**as quia pharisei audito uerbo scandali  
zati sunt. **A**t ille respondens ait. **O**mnis plan  
tatio quam non plantauit pater meus celestis.  
era. dicabitur. **S**inite illos. ceca sunt duces  
cecorum. **N**ecus autem si ceco ducatum pres  
tet. ambo in foueam cadunt. **R**espondens  
autem petrus. dixit ei. **A**dissere nobis para  
bolam istam. **A**t ille dixit. **A**dhuc et uos sine  
intellectu estis. **N**on intelligitis. quia omne  
quod in os intrat. in uentrem uadit et in se  
cessum emittitur. **Q**ue autem procedunt  
de ore de corde exeunt. et ea conquinant homi



nem. **D**ecor'de enim exeunt cogitationes  
 male: homicidia. adulteria. fornicationes.  
 furta. falsa testimonia. blasphemie. hec sunt  
 que conquinant hominem. Non totis autem  
 manibus manducare: non conquinat homi-  
 nem. **Feria Quinta.** Eius est Johes Opami no abū q' p'it vide ioh'issali ipresso.

**S**equencia sã euu'glij. **S**ecundum **L**ucam.  
 in illo tempore. **S**urgens ihc de synagoga. in-  
 troiuit in domum symonis. **S**ocrus autem  
 symonis tenebatur magis febribus. et ro-  
 gauerunt illum pro ea. **E**t stans super illa  
 imperavit febrī. et dimisit illam. **E**t conti-  
 nuo surgens. ministrabat illis. **C**um sol  
 autem occidisset. omnes qui habebant infir-  
 mos uariis languoribus. ducebant illos ad  
 eum. **E**t ille singulis manus imponens. cu-  
 rabat eos. **C**riebant autem demonia amul-  
 tis clamantia & dicentia. quia tu es filius  
 dei. **E**t increpans non sinebat ea loqui. quia  
 sciebant ipsum esse xp̄m. **F**acta autem die.  
 egressus ibat in desertum locum. et turbe  
 requirebant eum. **E**t uenerunt usque ad



ipsum! et detinebant illum ne discederet ab  
eis. **Quibus** ille ait. **Quia** et aliis ciuitati-  
bus oportet me euangelizare! regnum dei.

**Sexta. vi.** ¶ Dicit Ihs in ciuitate samariae q dicitur Sychar. iuxta pdum qd dicit Jacob Joseph  
filio suo. Erat aut ibi fons Jacob

**Sequenda** **sa euanglii. scdm. Iohannem.**

**nullo temp.** **I**esus <sup>aut</sup> fatigatus ex itinere. sede-  
bat sic super fontem. hora erat quasi sexta.

**V**enit mulier de samaria haurire aquam.

**D**icit ei ihc. **D**a michi bibere. **D**iscipuli au-  
tem eius abierant in ciuitatem. ut ab eis eme-  
rent.

**D**icit ergo ei mulier illa samaritana.

**Q**uomodo tu iudeus cum sis bibere a me  
poscas. que sum mulier samaritana. **N**on

enim contumtur iudei samaritani. **R**espon-  
dit ihc. et dixit ei. **S**i scires donum dei. et quis

est qui dicit tibi da michi bibere! tu forsitan  
petisses ab eo. et dedisset tibi aquam uiuam.

**D**icit ei mulier. **D**omine. neque in quo  
haurias habes! et puteus altus est. **U**nde ergo

habes aquam uiuam. **H**umquid tu maior  
es patre nostro iacob. qui dedit nobis puteum.  
et ipse ex eo bibit. & filii eius et pecora eius.



**R**espondit ih̄c. et dixit ei. **O**mnis qui bibit  
 ex aqua hac. siciet iterum. **Q**ui autem bibe  
 rit ex aqua quam ego dabo ei. non siciet me  
 ternum. **S**ed aqua quam dabo ei. fiet in eo  
 fons aque salientis in uitam eternam. **D**icit  
 ei mulier. **D**omine. da michi hanc aquam  
 ut non siciam. neque uentam huc haurire.  
**D**icit ei ih̄c. **M**ade uoca uirum tuum. et uenit  
 huc. **R**espondit mulier et dixit. **N**on habeo  
 uirum. **D**icit ei ih̄c. **B**enedixisti. **q**uia  
 quia non habeo uirum. **Q**uinque  
 enim uiros habuisti. et nunc quem  
 habes non est tuus uir. **H**oc uere  
 dixisti. **D**icit ei mulier. **D**omine.  
 uideo quia propheta es tu. **P**atres nostri in  
 monte hoc adorauerunt. et uos dicatis. quia  
 hierosolimus est locus. ubi adorare oportet. **D**i  
 cit ei ih̄c. **M**ulier crede michi. quia ueniet hora.  
 quando neque in monte hoc. neque in hieroso  
 lymis adorabitis patrem. **N**os adoramus quod  
 nescitis. nos adoramus quod scimus. quia sa  
 lus ex iudeis est. **S**ed uenit hora & nunc est.



quando ueri adoratores adorabunt patrem  
in spiritu et ueritate. Nam et pater tales  
querit qui adorent eum. Spiritus est deus.  
et eos qui adorant eum. in spiritu et ueritate  
oportet adorare. **D**icit ei mulier. Scio quia  
messias uenit. qui dicitur xpc. Num ergo uene-  
rit. ille nobis annuntiabit omnia. **D**icit ei ihc.  
**E**go sum qui loquor tecum. **E**t continuo uene-  
runt **iiii** discipuli eius. et mirabantur quia  
**iiii** cum muliere loquebatur. **N**emo  
**iiii** tamen dixit. quid queris aut quid  
**iiii** loqueris cum ea. **R**eliquit ergo  
**iiii** hydriam suam mulier. et abiit  
**iiii** in ciuitatem. et dicit illis homini-  
**iiii** bus. **V**enite et uideate hominem.  
qui dixit michi omnia quecumque feci. **iii**  
**N**umquid ipse est xpc. **Q**uerunt de ciuitate.  
et ueniebant ad eum. **I**nterea rogabant eum  
discipuli dicentes. **R**abbi. manduca. **I**lle autem  
dixit eis. **E**go abum habeo manducare. que  
uos nescitis. **D**icebant ergo discipuli ad inui-  
cem. **N**umquid aliquis attulit ei mandu-



care. **D**icit eis ih̄c. **M**eus abusus est ut faciam  
 uoluntatem eius qui misit me: ut perficiam  
 opus eius. **H**omine uos dicatis quod adhuc qua-  
 tuor menses sunt et messis uenit. **E**cce dico  
 uobis. **U**eruate oculos uestros: et uidete regio-  
 nes. quia albe sunt iam admissum. **E**t qui  
 metit mercedem accipit: et congregat fructum  
 in uitam eternam. **E**t et qui seminat simul  
 gaudeat et qui metit. **I**n hoc enim est uerbum  
 uerum: quia alius est qui seminat. et alius est  
 qui metit. **E**rgo nisi uos metere: quod uos non  
 laborastis. **A**lii laborauerunt: & uos in labores  
 eorum introistis. **E**x ueritate autem illa: mul-  
 ti crediderunt in eum samaritanorum <sup>per hi-</sup>  
 bentis: quia dixit michi omnia quecumque  
 fecit. **C**um uenissent ergo ad illum samaritani:  
 rogauerunt illum ut ibi maneret. **E**t mansit  
 ibi duos dies: et multo plures crediderunt prop-  
 ter sermonem eius. **E**t mulieri dicebant:  
 quia iam non propter tuam loquelam credi-  
 mus. **I**psi enim audiui mus et scimus: quia  
 hic est uere saluator mundi. **Sabbato.**

+ p̄t̄ uerbu  
 mulieris  
 testimoniū



WXXX

**S**equencia s<sup>an</sup>c<sup>t</sup>i euu<sup>an</sup>g<sup>li</sup>i. **S**ecundum **I**ohannem.  
nullo temp<sup>e</sup>. **P**eriret ihc in montem oliueti.  
et diluculo iterum uenit in templum. **E**t  
omnis populus uenit ad eum. et sedens doce  
bat eos. **A**dducunt autem scribe et pha  
risei mulierem in adulterio deprehensam. et  
statuerunt eam in medio. & dixerunt ei. **M**a  
gister. hec mulier modo deprehensa est in adul  
terio. **I**n lege autem moyses mandauit nobis.  
huiusmodi lapidare. **T**u ergo quid dicit. **H**ec  
autem dicebant temptantes eum. ut possint  
accusare eum. **I**hc autem inclinans se deorsum.  
digito scribebat in terra. **C**um autem perseue  
rarent interrogantes eum. erexit se et dixit  
eis. **Q**ui sine peccato est uestrum. primus in  
illam lapidem mittat. **E**t iterum se incli  
nans. scribebat in terra. **A**udientes autem  
unus post unum exiebant. incipientes a senio  
ribus. **E**t remansit solus. et mulier in medio  
stans. **R**igens autem se ihc. dixit ei. **M**ulier.  
ubi sunt qui te accusabant. **N**emo te con  
tempnauit. **Q**ue dixit. **N**emo domine.



Dixit autem ih̄c. Hec ego te condempnabo.

Uade et amplius iam noli peccare. *Domini.*

*Sequen. sa. euu. g. l. i. Secdm. Iohannem.*

nullo temp̄. **A**buit ih̄c transmare galilee.

quod est tyberiadis. Et sequebatur eum

multitudo magna. quia uidebant signa

que faciebat super his qui infirmabantur.

Subiit ergo in montem ih̄c. et ibi sedebat cū

discipulis suis. Erat autem proximum pas-

cha. dies festus iudeorum. Cum subleuasset

ergo oculos ih̄c. et uidisset quia multitudo

maxima uenit ad eum. dicit ad philippum.

Unde ememus panes ut manducent hi. Hoc

autem dicebat temptans eum. ipse enim scie-

bat quid esset factururus. Respondit ei philip-

pus. Ducentorum denariorum panes non

sufficiunt eis. ut unusquisque modicum

quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius.

andreas frater symonis petri. Est puer unus

hic. qui habet quinque panes hordeaceos et

duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos.

Dixit ergo ih̄c. Facite homines discumbere.



x  
ut aut̄ imple  
ti sūt dicit  
ih̄c discipulis  
suis

35  
Er̄at autem fenum multum in loco. Discu  
buerunt ergo uiri! numero quasi quinque  
milia. **A**ccepit ergo panes ih̄c! et cum grati  
as egisset. distribuit discumbentibus. Simi  
liter et ex p̄isabus quantum uolebant. **M**olli  
gite que superauerunt fragmenta. ne pe  
reant. **C**ollegerunt ergo. et impleuerunt  
duodecim cophinos fragmentorum. ex quibus  
que panibus ordeaceis que superfuerunt  
his qui manducauerant. **I**lli ergo homines  
cum uidissent quod fecerat signum dice  
bant. **Q**uia hic est uere propheta! qui  
uenturus est in mundum. **Feria. ii.**

**S**equencia s̄c̄. euanglii. s̄c̄dm. Iohannem.  
nullo temp̄. **P**rope erat pascha iudeorum!  
et ascendit ih̄c hierosolimam. **E**t inuenit  
in templo uendentes boues et oues et colum  
bas! et nummiolarios sedentes. **E**t cum fe  
cisset quasi flagellum de funiculis! omnes  
eiecit de templo. **O**ues quoque & boues et  
nummioliariorum effudit es! et mensas sub  
uertit. **E**t his qui columbas uendebant



dixit. **A**uferte ista hinc. nolite facere do-  
 mum patris mei domum negotiationis.  
**R**ecordati uero sunt discipuli eius. quia  
 scriptum est. **Z**elus domus tue comedit  
 me. **R**esponderunt ego iudei. et dixerunt  
 ei. **Q**uod signum ostendis nobis quia hec  
 facis. **R**espondit ihc. et dixit eis. **S**oluite  
 templum hoc. et in tribus diebus exatabis  
 illud. **D**ixerunt ergo iudei. **Q**uadrage-  
 nta et sex annis edificatum est templum hoc.  
 & tu tribus diebus exatabis illud. **I**lle  
 autem dicebat de templo corporis sui. **Q**um  
 ergo resurrexisset a mortuis. recordati sunt  
 discipuli eius. quia hoc dicebat. et crediderunt  
 scripture & sermone quem dixit ihc. **Q**um  
 autem esset hierosolimus in pascha in die festo.  
 multi crediderunt in nomine eius. uidentes  
 signa eius que faciebat. **I**psa autem ihc non  
 credebat semetipsum eis. eo quod ipse nosset  
 omnes. et quia opus ei non erat. ut quis testi-  
 monium perhiberet de homine. **I**psa enim  
 sciebat. quid esset in homine. **seria. iij.**



**S**equen<sup>r</sup> s<sup>a</sup> euu<sup>g</sup>lii. Scdm. Iohannem.  
in illo temp<sup>e</sup>. **I**am die festo mediantē: ascendit  
ihc in templum et docebat. **E**t mirabantur  
iudei dicentes. **Q**uomodo hic litteras fac.  
cum non didicerit. **R**espondit eis ihc et  
dixit. **M**ea doctrina non est mea: sed eius qui  
misit me. **S**iquis uoluerit uoluntatem eius  
facere: cognoscat de doctrina utrum ex deo sit.  
an ego anie ipso loquar. **Q**ui a semetipso lo  
quitur: gloriam propriam querit. **Q**ui  
autem querit gloriam eius. qui misit illum  
hic uerax est. et iniusticia in illo non est. **N**on  
ne moyses dedit uobis legem. et nemo ex uobis  
facit legem. quid me queritis interficere.  
**R**espondit turba et dixit. **D**emonium ha  
bes. **Q**uis te querit interficere. **R**espondit  
ihc. et dixit eis. **U**num opus feci. et omnes  
miramini. **P**ropterea moyses dedit uobis cir  
cumcisionem. non quia ex moyse est sed ex pa  
tribus. et in sabbato circumciditis hominem.  
**S**i circumcisionem accipit homo in sabbato  
ut non soluatur lex moysi. michi indignamini



in quia totum hominem sanum feci infab  
 bato. **H**olite iudicare secundum faciem!  
 sed iustum iudicium iudicate. **D**icebant ergo  
 quidam ex hierosolimis. **H**omme hic est quem  
 querunt interficere. **E**cce palam loquitur!  
 et nichil ei dicunt. **H**umquid uere cognoue  
 runt principes quia hic est xpc. **S**ed hunc sa  
 mus unde sit. **X**p̄c̄ autem cum uenerit. nemo  
 scit unde sit. **C**lamabat ergo docens in temp  
 lo ihc et dicens. **E**t me scitis et unde sim sa  
 tis. & a me ipso non ueni. sed est uerus qui mi  
 sit me quem uos nescitis. **E**go scio eum quia  
 ab ipso sum. et ipse me misit. **Q**uerebant ergo  
 eum apprehendere. et nemo misit in illum  
 manus. quia non dum uenerat hora eius. **D**e  
 turba autem. multi crediderunt in eum.

**S**terna. iiii.  
**S**equen. sa. euuglii. **S**ecundum. **I**ohannem.  
 in illo temp. **P**reteriens ihc uidit hominem  
 cecum a natiuitate. et interrogauerunt eum  
 discipuli sui. **R**abbi. quis peccauit hic aut pa  
 rentes eius ut cecus nasceretur. **R**espondit



97  
ih̄c. Neque hic peccauit neque parentes eius!  
sed ut manifestentur opera dei in illo. **M**e oportet operari opera eius qui misit me. donec dies est. **V**enit nox. quando nemo potest operari. **Q**uam diu in mundo sum. lux sum mundi. **H**ec cum dixisset exspuit in terram. et fecit lutum exspuito. & linxit lutum super oculos eius. et dixit ei. **V**ade laua in natatoria syloe. quod interpretatur missus. **A**buit ergo et lauit. et uenit uidens. **I**taque iudei et qui uidebant eum prius. quia mendiculus erat. dicebant. **H**ominis hic est qui sedebat et mendicabat. **A**li dicebant quia hic est. alii autem nequaquam. sed similis est eius. **I**lle uero dicebat. quia ego sum. **D**icebant ergo ei. **Q**uomodo aperti sunt tibi oculi. **R**espondit. **I**lle homo qui dicitur ih̄c. lutum fecit et unxit oculos meos. et dixit michi. **V**ade ad natatoria syloe et laua. **E**t abiit. & lauit et uidi. **E**t dixerunt ei. **U**bi est ille. **A**it. **N**escio. **A**dducant eum ad phariseos. qui cecus fuerat. **E**rat autem sabbatum quando lutum fecit ih̄c. et aperuit



oculos eius. **I**terum ergo interrogabant eum pharisei: quomodo uidisset. **I**lle autem dixit eis. **U**trum posuit michi super oculos? et laui et uideo. **D**icebant ergo ex phariseis quidam. **N**on est hic homo a deo: qui sabbatum non custodit. **A**lii dicebant: quomodo potest peccator hec signa facere? **E**t sasima erat in eis. **D**icunt ergo ceco iterum. **T**u quid dias de eo qui aperuit oculos tuos? **I**lle autem dixit. **Q**uia propheta est. **N**on crediderunt ergo iudei de illo quia cecus fuisset et uidisset: donec uocauerunt parentes eius qui uiderat. et interrogauerunt eos dicentes. **H**ic est filius uester quem uos dicatis quia cecus natus est: quomodo ergo nunc uidet? **R**esponderunt eis parentes eius: et dixerunt. **S**anus quia hic est filius noster: et quia cecus natus est. quomodo autem nunc uideat nescimus. **A**ut quis eius aperuit oculos nos nescimus. **I**psu interrogate: et tatem habet ipse de se loquitur. **N**ec dixerunt parentes eius: quia timebant iudeos. **I**am enim conspirauerant iudei: ut si



quis eum confiteretur xpm̄. extra synagogā  
fieret. **P**ropterea parentes eius dixerunt.  
quia etatem habet ipsum interrogate. **T**ota  
uerunt ergo rursus hominem qui fuerat  
cecus. & dixerunt ei. **D**a gloriam deo. **H**os sa  
mus quia hic homo peccator est. **D**ixit ergo  
ille. **S**i peccator est nescio. unum scio quia  
cecus cum essem. modo uideo. **D**ixerunt ergo  
illi. **Q**uid fecit tibi. quomodo aperuit tibi  
oculos. **R**espondit eis. **D**ixi uobis iam et  
audistis. quid iterum uultis audire. **H**um  
quid et uos uultis discipuli eius fieri. **M**ate  
dixerunt ei. et dixerunt. **T**u discipulus illius  
sis. nos autem moysi discipuli sumus. **H**os  
scimus quia moysi locutus est deus. hunc  
autem nescimus unde sit. **R**espondit ille ho  
mo. et dixit eis. **I**n hoc enim mirabile est. quia  
uos nescitis unde sit. et aperuit oculos meos.  
**S**anus autem quia peccatores deus non au  
dit. sed si quis dei cultor est. et uoluntatem  
eius facit hunc exaudit. **A** seculo non est audi  
tum. quia aperuit quis oculos cæci nati.



Hic esset hic adeo. non poterat facere  
 quicquam. **R**esponderunt et dixerunt ei.  
**I**n peccatis natus es totus. et tu doces nos.  
**E**t eiecerunt eum foras. **A**udiuit ihc quia  
 eiecerunt eum foras. et cum inuenisset eum  
 dixit ei. Tu credis in filium dei. **R**espondit  
 ille et dixit. Quis est dominus ut credam in  
 eum. **E**t dixit ei ihc. Et uidisti eum. et  
 qui loquitur tecum ipse est. **A**t ille ait. Cre  
 do domine. **E**t proceus. aditauit eum.

**serua. v.** Evangelii Johes. Per meo usqz mo opit et e' opor. Vide in p'ssu' d' h' p' a' e'

**S**equen. sa. euuglii. **S**ecundum. **I**ucam.  
 nullo temp. **I**bat ihc in ciuitatem que uo  
 catur naim. et ibant cum illo discipuli eius.  
 et turba copiosa. **C**um autem appropin  
 quaret porte ciuitatis. ecce defunctus effere  
 batur filius unicus matris sue. **E**t hec ui  
 dua erat. et turba ciuitatis multa cum illa.  
**Q**uam cum uidisset dominus. misericor  
 dia motus super ea dixit illi. **N**oli flere.  
**E**t accessit. et tenuit loculum. **H**ic autem  
 qui portabant steterunt. **E**t ait. **A**dules

Dicit



gens. tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus. et cepit loqui. et dedit illum manui sue. Accepit autem omnes timor. et magnificabant deum dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis. et quia deus uisitauit plebem suam. *f. vi.*

*Sequen. sa. euu. Scdm. Iohannem.*

**I**n illo tempore. Erat quidam languens lazarus abethania. de castello marie et marthe sororis eius. Maria autem erat que unxit dominum unguento. et exersit pedes eius capillis suis. cuius frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes. Domine. ecce quem amas infirmatur. Audiens autem ihc. dixit eis. Infirmitas hec non est ad mortem. sed pro gloria dei. ut glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem ihc martham. et sororem eius mariam et lazarus. Ut ergo audiuit quia infirmabatur. tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hec dicit discipulis suis. *Et uenit in iudeam iterum. Di*



cunt ei discipuli. **R**abbi. nunc querēbant  
 te iudei lapidare. et iterum uadis illuc.  
**R**espondit ih̄c. **H**onnie duodecim sunt hore  
 diei. **S**iquis ambulauerit in die non offen  
 dit. quia lucem huius mundi uidet. **S**i autē  
 ambulauerit nocte offendit. quia lux non  
 est in eo. **H**ec ait. et post hec dicit eis. **L**azarus  
 amicus noster dormit. sed uado ut a sompno  
 exsuscitem eum. **D**ixerunt ergo discipuli  
 eius. **D**omine. si dormit saluus erit. **D**ixit  
 autem ih̄c de morte eius. **I**lli autem puta  
 uerunt. quia de dormitione sompni diceret.  
**T**unc dixit eis ih̄c manifeste. **L**azarus mortu  
 us est. et gaudebo propter uos ut credatis. quo  
 niam non eram ibi. sed eamus ad eum. **D**ixit  
 ergo thomas qui dicitur didimus ad condiscipu  
 los. **C**amus et nos. ut moriamur cum eo. **T**e  
 nit itaque ih̄c. et inuenit eum quatuor dies  
 iam in monumento habentem. **E**rat autem  
 bethania iuxta hierosolimam. quasi stadiis  
 quindecim. **M**ulti autem ex iudeis uenerant  
 ad martham et mariam. ut consolarentur  
 eas de fratre suo. **M**artha ergo ut audiuit quia



ihc uenit. occurrit illi. **M**aria autem domi  
sedebat. **D**ixit ergo martha ad ihm. **D**omine  
si fuisses hic. frater meus non fuisset mortuus.  
**S**ed et nunc scio. quia quecumque poposceris  
a deo. dabit tibi deus. **D**icit illi ihc. **R**esurget  
frater tuus. **D**icit ei martha. **S**cio quia resur  
get in resurrectione. in nouissimo die. **D**ixit  
ei ihc. **E**go sum resurrectio et uita. **Q**ui credit  
in me. etiam si mortuus fuerit uiuet. **E**t om  
nis qui uiuit et credit in me. non morietur  
in eternum. **C**redis hoc. **A**it illi. **U**nque do  
mine. **E**go credidi quia tu es xpc filius dei. qui  
in hunc mundum uenisti. **E**t cum hec dixisset.  
abiit et uocauit mariam sororem suam silen  
tio dicens. **M**agister adest. et uocat te. **A**t illa  
ut audiuit surrexit cito. et uenit ad eum.  
**N**on dum enim uenerat ihc in castellum. sed  
erat adhuc in illo loco. ubi occurrit ei mar  
tha. **I**udei igitur qui erant cum ea in domo. et  
consolabantur eam. cum uidissent mariam quia  
cito surrexit et exiit. secuti sunt eam dicentes.  
**Q**uia uadit ad monumentum. ut ploret **na**



44  
ibi. **M**aria ergo cum uenisset ubi erat ih̄c. ui-  
dens eum cecidit ad pedes eius. et dixit ei. **D**o-  
mine. si fuisses hic. non esset mortuus frater  
meus. **I**h̄c ergo ut uidit eam plorantem. et  
iudeos qui uenerant cum ea plorantes. fremu-  
it spiritu. et turbauit se ipsum & dixit. **U**bi  
posuistis eum? **D**icunt ei. **D**omine. ueni  
et uide. **E**t lacrimatus est ih̄c. **D**ixerunt  
ergo iudei. **E**cce quomodo amabat eum.  
**Q**uidam autem dixerunt ex ipsis. **N**on po-  
terat hic qui aperuit oculos ceci facere ut hic  
non moreretur? **I**h̄c ergo rursus fremens  
in semetipso. uenit ad monumentum. **E**rat  
autem spelunca. & lapis superpositus erat ei.  
**A**it ih̄c. **T**ollite lapidem. **D**icit ei martha so-  
ror eius qui mortuus fuerat. **D**omine. iam  
fecerit. quadriduanus enim est. **D**icit ei ih̄c.  
**N**onne dixi tibi quoniam si crederis uide-  
bis gloriam dei? **T**ulerunt ergo lapi- dem.  
**I**h̄c autem eleuatis sursum oculis  
dixit. **P**ater. gratias ago tibi. quoni- am  
audisti me. **E**rgo autem sciebam



77  
quia semper me audis. sed propter populum  
qui circumstat dixi. ut credant quia tu me mi-  
sisti. **Et** cum dixisset. uoce magna clamauit.  
**Lazare ueni foras.** **Et** statim producit qui fue-  
rat mortuus ligatus pedes et manus iunctis.  
et facies illius sudario erat ligata. **Dixit** ihc  
eis. **Soluite eum.** et sinite abire. **Multa** ergo  
ex iudeis qui uenerant ad mariam. et uiderant  
que fecit. crediderunt in eum. **Sabbato.**

**Sequent. scilicet. euuangelii. scdm. Iohannem.**  
nullo tempore. **Dicebat** ihc turbis <sup>iudeis</sup>. **Ego** sum  
lux mundi. **Qui** sequitur me. non ambulat  
in tenebris. sed habebit lucem uite. **Dixe-  
runt** ergo ei pharisaei. **Tu** de te ipso testimoni-  
um perhibes. **testimonium** tuum non est ue-  
rum. **Respondit** ihc. et dixit eis. **Et** si ego  
testimonium perhibeo de me ipso. uerum est  
testimonium meum. quia scio unde ueni  
et  quo uado. **Uos** autem nescitis unde  
uenio aut quo uado. **Uos** secundum  
carnem iudicatis. **ego** non iudico  
quemquam. **Et** si iudico ego iudi-



cum meum uerum est. quia solus non sum.  
 sed ego et qui me misit pater. Et in lege ues-  
 tra scriptum est. quia duorum hominum  
 testimonium uerum est. Ego sum qui testimo-  
 nium perhibeo de me ipso. et testimonium  
 perhibet de me. qui misit me pater. Dicebant  
 ergo ei. Ubi est pater tuus? Respondit ihc.  
 Neque me scitis. neque patrem meum. Si me  
 sciretis. forsitan et patrem meum sciretis. Hec  
 uerba locutus est in gazophylatio. docens in tem-  
 plo. Et nemo apprehendit eum. quia nec dum  
 uenerat hora eius. **Domini. c. v. In passione.**  
**Sequent. sc. euangli. scdm. Iohannem.**  
 nullo tempore. Dicebat ihc turbis iudeorum.  
 et principibus sacerdotum. Quis ex uobis  
 arguet me de peccato? Si ueritatem dico.  
 quare uos non creditis michi. Qui est ex deo.  
 uerba dei audit. Propterea uos non audistis.  
 quia ex deo non estis. Responderunt igitur  
 iudei. et dixerunt ei. Homine benedicimus  
 nos. quia samaritanus es tu. & demonium ha-  
 bes. Respondit ihc. Ego demonium non



habeo. sed honorifico patrem meum. & uos  
inhonorastis me. Ego autem non quero glo  
riam meam. est qui querat et iudicet. Amen  
amen dico uobis. si quis sermonem meum  
seruauerit. mortem non uidebit in eternum.

Dixerunt ergo iudei. Hunc cognouimus.  
quia demonium habes. Abraham mortuus  
est et propheta. et tu dicis si quis sermonem

**+**  
Et ipse mor  
tui sunt. que  
te ipm facis.  
meum seruauerit. non gustabit mortem  
in eternum. Numquid tu maior es patre  
nostro abraham. qui mortuus est. Respon  
dit ihc. Si ego glorifico me ipsum. gloria mea  
nichil est. Est pater meus qui glorificat me.  
quem uos dicatis quia deus noster est. et non  
cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et  
si dixero quia non scio eum. ero similis uobis  
mendax. Sed scio eum. et sermonem eius ser  
uo. Abraham pater uester exultauit ut uide  
ret diem meum. uidit et gauisus est. Dire  
runt ergo iudei ad eum. Quinquaginta an  
nos non dum habes. et abraham uidisti.  
Dixit eis ihc. Amen amen dico uobis. ante



quam abraham fieret ego sum. Tulerunt  
ergo lapides. ut iacerent in eum. Ihs autem  
abscondit se. et exiit de templo.

*Sequen. sa. euugli. Scdm. Iohannem.*

**M**iserunt principes et pharisei  
ministros. ut apprehenderent Ihs. Dixit ergo  
Ihs. Adhuc modicum tempus uobiscum sum. &  
uado ad eum qui misit me. **Q**ueritis me et  
non inuenietis. et ubi sum ego uos non po-  
testis uenire. **D**ixerunt ergo iudei ad se met-  
iplos. **Q**uomodo hic iturus est. quia non inuenie-  
mus eum. **H**umquid indisersionem gen-  
cium iturus est. et docturus gentes. **Q**uis  
est hic sermo quem dixit. queritis me et non  
inuenietis. et ubi sum ego. uos non potestis  
uenire. **I**n nouissimo autem die magno  
festiuitatis. stabat Ihs et clamabat dicens.  
**S**iquis sitit. ueniat ad me et bibat. **Q**ui cre-  
dit in me sicut dicit scriptura. flumina deuen-  
tie eius fluent aque uive. **H**oc autem dixit  
despuitu quem accepturi erant. credentes  
in eum.

*Sequen. sa. euugli. Scdm. Iohannem.*



In illo tempore. **A**mbulabat ih̄c in galileam;  
non enim uolebat in iudeam ambulare. quia  
queriebant eum iudei interficere. Erat autē  
in proximis dies festus iudeorum scenophetia.  
Dixerunt autem ad eum fratres eius. Transi  
hinc et uade in iudeam. ut et discipuli tui uide  
ant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto  
quid facit. et querit ipse in palam esse. Si  
hec facis. manifesta te ipsum mundo. Neque  
enim fratres eius credebant in eum. Dicit ergo  
eis ih̄c. Tempus meum non dum aduenit.  
tempus autem uestrum semper est paratum.  
Non potest mundus odisse uos. me autem  
odit. quia ego testimonium perhibeo de illo.  
quia opera eius mala sunt. Vos ascendite  
ad diem festum hunc. ego non ascendo ad diem  
festum istum. quia meum tempus non  
dum impletum est. Hec cum dixisset. ipse  
mansit in galilea. Et autem ascenderunt  
fratres eius. tunc ipse ascendit ad diem festum  
non manifeste. sed quasi in occulto. Iudei ergo  
queriebant eum in die festo. et dicebant.  
Ubi est ille. Et murmur multus de eo



erat in turba. **Q**uidam enim dicebant.  
quia bonus est. alii autem dicebant non.  
sed seducat turbas. Nemo tamen palam  
loquebatur de illo. propter metum iudeorum.  
*ffera. iiii.*

*Sequen. scilicet. euanglii. Scdm. Iohannem.*

**I**n illo tempore. **F**acta sunt encenia in hieroso-  
lymis. et hyems erat. **E**t ambulabat ihc in  
templo. in porticu salomonis. **C**ircumde-  
derunt ergo eum iudei. et dicebant ei. **Q**uo-  
usque animam nostram tollis. **S**i tu es xpc.  
dic nobis palam. **R**espondit eis ihc. **L**oquor  
uobis. et non creditis. **O**pera que ego facio in  
nomine patris mei. hec testimonium perhi-  
bent de me. **S**ed uos non creditis. quia non estis  
ex ouibus meis. **O**ues mee uocem meam audi-  
unt. et ego cognosco eas. et secuntur me. **E**t

**E**go uitam eternam do eis. et non per-  
ibunt in eternum. et non rapiet eas  
quisquam de manu mea. **P**ater meus quod  
dedit michi. maius omnibus est. **E**t nemo po-  
test rapere de manu patris mei. **E**go et pater







dicentes ad illum. **D**ic nobis in qua potestate hec facis? aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem? **R**espondens autem dixit ad illos. **I**nterrogabo uos et ego unum uerbum. respondete michi. **B**aptismum iohannis de celo erat. an ex hominibus? **A**t illi cogitabant inter se dicentes. **Q**uia si dixerimus de celo. dicebatur ergo non credidistis illi. **S**i autem dixerimus ex hominibus. plebs uniuersa lapidabit nos. **C**erti sunt enim. iohannem prophetam esse. **E**t responderunt se nescire unde esset. **E**t ihs ait illis. **N**eque ego uobis dico. in qua potestate hec facio. **serm. vi.**

**Sequen. sa. euangli. scdm. Iohannem.**

nullo tempore. **C**ollegerunt pontifices et pharisaei <sup>aduersus ihz</sup> concilium et dicebant. **Q**uid facimus quia hic homo multa signa facit? **S**i dimittimus eum sic. omnes credent in eum. **E**t uenient romani. et tollent nostrum et locum et gentem. **U**nus autem crispus capphas cum esset pontifex anni illius. dixit eis. **N**os nescitis quicquam. nec cogitatis quia expe-



dit nobis ut unus moriatur homo pro popu-  
lo. et non tota gens pereat. **H**oc autem a se  
metipso non dixit. sed cum esset pontifex annu-  
illius prophetauit. quia ihc moriturus erat  
pro gente. et non tantum pro gente. sed ut fili-  
os dei qui erant dispersi congregaret in unum.  
**A** billo ergo die cogitauerunt ut interficerent  
eum. **I**hc ergo iam non in palam ambulabat  
apud iudeos. sed abiit in regionem iuxta de-  
sertum. in ciuitatem que dicitur effrem. **E**t  
ibi morabatur. cum discipulis suis. **S**abbato.  
**S**equenti. scilicet euanglii. **S**cdm. **I**ohannem.  
nullo tempore. **S**ubleuatis ihc oculis in celum  
dixit. **P**ater. uenit hora. clarifica filium tu-  
um. ut filius tuus clarificet te. **S**icut dedisti  
ei potestatem omnis carnis. ut omne quod  
dedisti ei. det eis uitam eternam. **H**ec est au-  
tem uita eterna. ut cognoscant te solum ue-  
rum deum. et quem misisti ihm xpm. **E**go te  
clarificaui super terram. opus consummaui.  
quod dedisti michi ut faciam. **E**t nunc clari-  
fica me tu pater apud te metipsum. claritate

*E. vj. i. iohes  
Am am dico id  
Nisi manducaui  
cu fily ho. d'ho  
vid' missale i. p. s. t.*

*Vacat*



quam habui. priusquam mundus esset  
 apud te. **M**anifestavi nomen tuum homini-  
 bus! quos dedisti michi de mundo. **T**ui erant.  
 et michi eos dedisti. et sermonem tuum ser-  
 uauerunt. **H**unc cognouerunt quia omnia  
 que dedisti michi abste sunt! quia uerba  
 que dedisti michi dedi eis. **E**t ipsi acceperunt!  
 et cognouerunt uere quia a te exiui! et cre-  
 diderunt quia tu me misisti. **E**go pro eis  
 rogo. non pro mundo rogo! sed pro his quos  
 dedisti michi quia tui sunt. **E**t mea omnia  
 tua sunt! & tua mea sunt. **E**t clarificatus  
 sum in eis. **E**t iam non sum in mundo! et  
 hi in mundo sunt! & ego ad te uenio.

**D**ominica In palatio romanorum.  
**P**ascha domini nostri ihu xpi! **S**ecundum  
**M**atheum.

**I**n illo tempore. **D**ixit ihu discipulis suis:  
**S**citis quia post biduum pascha fiet:  
 et filius hominis tradetur ut cruci-  
 figatur. **T**unc congregati sunt  
 principes sacerdotum et seniores populi:



matrum principis sacerdotum qui dice-  
batur caiphas. et consilium fecerunt ut  
ihm dolo tenerent. & occiderent. Dicebat  
autem. Non in die festo. Ne forte tumultus  
fieret in populo. Cum autem esset ihc in  
bethania in domo symonis leprosi. accessit  
ad eum mulier habens alabastrum unguen-  
ti preciosi. & effudit super caput ipsius re-  
cumbentis. Videntes autem discipuli. indig-  
nati sunt dicentes. Ut quid perditio hec.  
Potuit enim istud uenundari multo. et da-  
ri pauperibus. Sciens autem ihc. ait illis.  
Quid molesti estis mulieri. Opus bonum  
operata est in me. Nam semper pauperes  
habetis uobiscum. me autem non semper  
habebitis. Mittens enim hec unguentum  
hoc in corpus meum. ad sepeliendum me  
fecit. Amen dico uobis. ubicumque predica-  
tum fuerit hoc euangelium in toto mun-  
do. dicetur et quod hec fecit in memoriam  
eius. Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur  
iudas scarioth. ad principes sacerdotum.



et ait illis. **Q**uid uultis michi dare. et  
 ego uobis eum tradam. **A**t illi constitue-  
 runt ei triginta argenteos. **E**t exinde  
 querebat oportunitatem. ut eum trade-  
 ret. **P**rima autem azimorum. accesserunt  
 discipuli ad ihm. dicentes. **U**bi uis pare-  
 mus tibi comedere pascha. **A**t ihc dixit.  
**I**te in ciuitatem ad quendam. et dicit ei.  
**M**agister dicit. tempus meum prope est.  
 apud te facio pascha cum discipulis meis.  
**E**t fecerunt discipuli sicut constituit illis  
 ihc. et parauerunt pascha. **T**espere autem  
 facto. discumbebat cum discipulis suis. **E**t  
 edentibus illis dixit. **A**men dico uobis. quia  
 unius uestrum me traditurus est. **E**t con-  
 tristati ualde. ceperunt singuli dicere.  
**N**umquid ego sum domine. **A**t ille respon-  
 dens ait. **Q**ui intingit mecum manum  
 in parapside. hic me tradet. **F**ilius quidem  
 hominis uadit. sicut scriptum est de illo.  
**T**e autem homini illi. per quem filius ho-  
 minis tradetur. **B**onum erat ei. si natus nō



fuisset homo ille. Respondens autem iudas  
qui tradidit eum dixit. Numquid ego sum  
rabbi. Ait illi. Tu dixisti. Cenantibus  
autem eis; accepit ihs panem et benedixit ac  
fregit. Deditque discipulis suis et ait. Accipi  
te et comedite. hoc est corpus meum. Et ac  
cipiens calicem; gratias egit. et dedit illis di  
cens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim san  
guis meus novi testamenti. qui pro multis  
effundetur in remissionem peccatorum. Dico  
autem uobis. non bibam amodo de hoc geni  
mine uitis. usque in diem illum. cum illud  
bibam uobiscum nouum in regno patris mei.  
Et ymnus dicto. exierunt in montem oliue  
ti. Tunc dicit illis ihs. Omnes uos scanda  
lum patiemini in me in ista nocte. Scriptum  
est enim. Percutiam pastorem. et dispergen  
tur oues gregis. Postquam autem resurrexe  
ro. precedam uos in galileam. Respondens  
autem petrus. ait illi. Et si omnes scandali  
zati fuerint. in te. ego numquam scandali  
zabor. Ait illi ihs. Amen dico tibi. quia in hac



91  
nocte antequam gallus cantet, ter me ne-  
gabif. **I**t illi petrus. **Q**uam si oportuerit  
me mori tecum, non te negabo. **S**imiliter  
& omnes discipuli dixerunt. **T**unc uenit ihc  
cum illis in uillam que dicitur gethsemani,  
et dixit discipulis suis. **S**edete hic, donec ua-  
dam illuc et oram. **E**t assumpto petro et  
duobus filijs zebedei, cepit contristari et  
mestus esse. **T**unc ait illis. **T**ristis est ani-  
ma mea usque ad mortem, **S**ustinete hic,  
& uigilate mecum. **E**t progressus pusillum,  
procidit in faciem suam orans et dicens. **M**i  
pater, si possibile est, transeat a me calix iste.  
**U**eruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu.  
**E**t uenit ad discipulos, & inuenit eos dormi-  
entes. **E**t dicit petro. **S**ic non potuistis una  
hora uigilare mecum? **U**igilate et orate, ut  
non intretis in temptationem, **S**piritus qui-  
dem promptus est, caro autem infirma. **I**te-  
rum secundo abiit, et orauit dicens. **P**ater  
mi, si non potest hic calix transire nisi bi-  
bam illum, fiat uoluntas tua. **E**t uenit



iterum. et inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauiati. Et relictis illis. iterum abiit. et orauit tercio eundem sermonein dicens. Tunc uenit ad discipulos suos. et dicit illis. **D**ormite iam. & requiescite. **E**cce appropinquabit hora. et filius hominis tradetur in manus peccatorum. **S**urgite camus. **E**cce appropinquabit. qui me tradet. **A**dhuc ipso loquente. ecce iudas unus de duodecim uenit. et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus missi a principibus sacerdotum. & senioribus populi. **Q**ui autem tradidit eum. dedit illis signum dicens. **Q**uemcumque osculatus fuerit. ipse est. tenere eum. **E**t confestim accedens ad ihm dixit. **A**ue rabbi. **E**t osculatus est eum. **D**ixitque illi ihc. **A**mice. ad quid uenisti. **T**unc accesserunt et manus intecerunt in ihm. et tenuerunt eum. **E**t ecce unus ex his qui erant cum ihu. extens manu exemit gladium suum. et percuciens seruum principis sacerdotum. amputauit auriculam eius. **T**unc ait illi ihc.



**C**onuertere gladium tuum in locum suum.  
**O**mnes enim qui acceperint gladium. gla  
 dio peribunt. **A**n putas quia non possum ro  
 gare patrem meum. et exhibebit michi mo  
 do. plusquam duodecim legiones angelorum.  
**Q**uomodo ergo implebuntur scripturae:  
 quia sic oportet fieri. **I**n illa hora dixit ihc  
 turbis. **T**amquam ad latronem existis cum  
 gladiis et fustibus. comprehendere me.  
**C**onstitie apud uos sedebam docens in templo.  
 et non me tenuistis. **H**oc autem totum fac  
 tum est. ut impleantur scripturae propheta  
 rum. **T**unc discipuli omnes relicto eo  
 fugerunt. **A**t illi tenentes ihm. duxerunt  
 ad caiphan principem sacerdotum. ubi scri  
 be et seniores conuenerant. **P**etrus autem  
 sequebatur eum a longe. usque in atrium  
 principis sacerdotum. **E**t ingressus intro.  
 sedebat cum ministris ut uideret finem. **P**ri  
 ncpes autem sacerdotum et omne concilium.  
 querebant falsum testimonium contra ihm.  
 ut eum morti traderent. et non inue



nerunt cum multi falsi testes accessissent.  
Houissime autem uenerunt duo falsi tes-  
tes. et dixerunt. **H**ic dixit: possum destrue-  
re templum dei. et post triiduum edificare  
illud. **E**t surgens princeps sacerdotum. ait  
illi. **A**d iuro te per deum uiuam. ut dicas no-  
bis si tu es xpc filius dei. **D**icit illi ihc. **C**u-  
diuisti. **U**eruntamen dico uobis. amodo uide-  
bitis filium hominis sedentem adextis iur-  
tatis. et uenientem in nubibus celi. **T**unc  
princeps sacerdotum scdit uestimenta sua  
dicens. **B**laspheinauit. **Q**uid adhuc ege-  
mus testibus. **E**cce nunc audistis blas-  
phemiam. quid uobis uidetur. **E**t illi res-  
pondentes dixerunt. **R**eus est mortis.  
**T**unc expuerunt in faciem eius et colaphis  
eum ceaderunt. alii autem palmas in fac-  
iem ei dederunt dicentes. **P**rophetiza nobis  
xpc. quis est qui te percutit. **P**etrus uero  
sedebat foris in atrio. **E**t accessit ad eum  
una ancilla diceas. **E**t tu cum ihu galileo  
eras. **E**t ille negauit coram omnibus

4 a  
nichil respondet ad eos  
que isti aduersus te  
testes sunt. Iesus  
autem iacebat. et prin-  
ceps sacerdotum ait  
illi.





93  
dicens. **H**escio quid dicas. **R**evivente autem  
illo ianuam vidit eum alia ancilla. et ait his  
qui erant ibi. **E**t hic erat cum ihu nazā  
reus. **E**t iterum negavit cum iuramento.  
Quia non novum hominem. **E**t post pusil-  
lum. accesserunt qui stabant et dixerunt  
petro. **V**ere et tu ex illis es. **N**am et loque-  
la tua manifestum te facit. **T**unc cepit  
detestari et iurare. quia non novisset ho-  
minem. **E**t continuo gallus cantavit.  
**E**t recordatus petrus verbi ihu quod dice-  
rat. priusquam gallus caneret ter me ne-  
gabris. **E**t egressus foras. fleuit amare.  
**M**ane autem facto. consilium inierunt  
omnes principes sacerdotum et seniores  
populi adversus ihu. ut eum morti trade-  
rent. **E**t vinculum adduxerunt eum. et  
tradiderunt pontio pilato presidi. **T**unc  
videns iudas qui eum tradidit quod damp-  
natus esset. penitencia ductus. retulit tri-  
ginta argenteos principibus sacerdotum.  
& senioribus dicens. **P**eccaui. tradens



sanguinem iustum. **A**t illi dixerunt. **Q**uid  
adnos. **T**u uideris. **A**t proiectis argenteis  
intemplo recessit. et abiens laqueo se sus-  
pendit. **P**rincipes autem sacerdotum accep-  
tis argenteis dixerunt. **N**on licet mittere  
incorbonan. quia precium sanguinis est.  
**C**onsilio autem inito. emerunt ex illis  
agerum figuli. insepulturam peregrinorum.  
**P**ropter hoc uocatus est ager ille achel-  
mach. hoc est ager sanguinis. usque in ho-  
diernum diem. **T**unc impletum est. quod  
dictum est per hieremiam prophetam di-  
centem. **A**t acceperunt triginta argen-  
teos. precium appreciati. quem appreciaue-  
runt a filius israhel. & dederunt eos in a-  
grum figuli. sicut constituit michi dominus.  
**I**hesus autem stetit ante presidem. et interro-  
gavit eum preses dicens. **T**u es rex iudeor.  
**D**icit illi ihesus. **T**u dicis. **A**t cum accusa-  
retur a principibus sacerdotum et seniori-  
bus. nichil respondit. **T**unc dicit illi pila-  
tus. **N**on audis quanta aduersum te di-



98  
cunt testimonia. **E**t non respondit ei  
adullum uerbum. ita ut miraretur pre-  
ses uehementer. Per diem autem sollemp-  
nem consueuerat preses dimittere popu-  
lo unum uinctum quem uoluissent. **H**a-  
bebat autem tunc uinctum insignem. qui  
dicebatur barrabbas. **C**ongregatis ergo  
illis. dixit pilatus. **Q**uem uultis dimit-  
tam uobis? barrabbam an ihm qui dicitur  
xpc. **S**ciebat enim quod per inuidiam na-  
didissent eum. **S**edente autem illo protri-  
bunali. misit ad eum uxor eius dicens. **N**ihil  
tibi et iusto illi. **M**ulta enim passa sum ho-  
die peruisum propter eum. **P**rinicipes  
autem sacerdotum & seniores persuaserunt  
populis ut peterent barrabbam. ihm uero  
perderent. **R**espondens autem preses. **A**it  
illis. **Q**uem uultis uobis de duobus dimitti.  
**E**t illi dixerunt. **B**arrabbam. **D**icit illis  
pilatus. **Q**uid igitur faciam de ihu qui  
dicitur xpc. **D**icunt omnes. **C**rucifiga-  
tur. **A**it illis preses. **Q**uid enim mali fe-

99  
qui propter seditionem  
missus fuerat in carcerem



**At** illi magis clamabant dicentes.  
**Crucifigantur.** Videns autem pilatus  
quia nichil proficeret sed magis tumultus  
fieret. accepta aqua lauit manus coram  
populo dicens. **Innocens** ego sum a sanguine  
iusti huius. uos uideritis. **Et** respondens  
uniuersus populus dixit. **Sanguis** eius  
super nos. et super filios nostros. **Tunc** di-  
misit illis **barabam.** ihm flagellatum tra-  
didit eis. ut crucifigeretur. **Tunc** milites  
presidis suscipientes ihm in pretorio. congre-  
gauerunt ad eum uniuersam cohortem.  
& exuentes eum clamidem cocineam ar-  
cum dederunt ei. et plectentes coronam de  
spinis posuerunt super caput eius. et ha-  
rundinem in dextera eius. & genu flexo an-  
te eum insultabant dicentes. **Aue rex iu-  
deorum.** **Et** exuentes in eum. accepe-  
runt harundinem et percutiebant caput  
eius. **Et** postquam insultauerunt ei. exue-  
runt eum clamide. et induerunt eum  
uestimentis eius. & duxerunt eum ut cru-



affigerent. **¶** Venientes autem inuenerunt  
 hominem cyrenensem nomine symonem.  
 hunc angariauerunt ut tolleret crucem  
 eius. **¶** Et uenerunt in locum qui dicitur  
 golgotha: quod est caluarie locus. et dederunt  
 ei uinum bibere cum felle mixtum.  
**¶** Et cum gustasset: noluit bibere. Postquam  
 autem crucifixerunt eum: diuiserunt  
 uestimenta eius sortem mittentes. **¶** Et se-  
 dentes seruabant eum. **¶** Et imposuerunt  
 super caput eius causam ipsius scriptam.  
**¶** Hic est ihc rex iudeorum. Tunc crucifiri  
 sunt cum eo duo latrones: unus a dextris.  
 & unus a sinistris. **¶** Pretereuntes autem  
 blasphemabant eum: mouentes capita sua  
 et dicentes. **¶** Tu a! qui destruis templum  
 dei: & in tri duo illud reedificas: salua te  
 metipsum. **¶** Si filius dei es: descende de cruce:  
 Similiter et principes sacerdotum inluden-  
 tes cum scribis et senioribus dicebant.  
**¶** Alios saluos fecit: se ipsum non potest sal-  
 uum facere. **¶** Si rex israhel est: descendat

*\* uenientem obuiam sibi*

† ut adimpleretur qd  
 dictum est per pro-  
 pheta dicentem: di-  
 uiserunt sibi uestime-  
 ta mea; et super uesti-  
 tem meam miserunt  
 sortem.







96  
ra sanctorum qui dormierant surre-  
runt. Et exeuntes de monumentis post  
resurrectionem eius. uenerunt in sanctam  
ciuitatem: et apparuerunt multis. Centu-  
rio autem et qui cum eo erant custodien-  
tes ihm. uiso terre motu et his que fiebant.  
timuerunt ualde dicentes. **U**ere. filius dei  
erat iste. Erant autem ibi mulieres mul-  
te longe: que secute erant ihm a galilea  
ministrantes ei. **I**nter quas erat maria  
magdalene. et maria iacobi et ioseph mater.  
**E**t mater filiorum zebedei. **Q**um au-  
tem sero factum esset. uenit quidam homo  
diues ab arimathia nomine ioseph. qui et  
ipse discipulus erat ihu. **H**ic accessit ad pila-  
tum. et petiit corpus ihu. **T**unc pilatus  
iussit reddi corpus. **E**t accepto corpore io-  
seph. inuoluit illud in syndone munda. et  
posuit illud in monumento suo nouo. quod  
exciderat in petra. **E**t aduoluit saxum  
magnum ad ostium monumenti et abiit.  
**E**rat autem ibi maria magdalene et alte



ra maria sedentes contra sepulchrum **iii.**

**A**ltera autem die que est post parasceuen!  
conuenerunt principes sacerdotum et  
pharisei ad pilatum dicentes. Domine: re-  
cordari sumus. quia seductor ille dixit adhuc  
uiuens. post tres dies resurgam. **I**nbe ergo  
custodiri sepulchrum usque in diem tertium!  
ne forte ueniant discipuli eius et furentur  
eum. & dicant plebi. surrexit a mortuis.

**E**t erit nouissimus error. peior priore.

**A**it illis pilatus. **H**abetis custodiam. ite  
custodite sicut scitis. **U**lli autem abe-

**T**untes. munierunt sepulchrum. Signantes  
lapidem. cum custodibus. **feria. ii.**

**S**equen. sa. Eugli. scdm. Iohannem.

nullo temp. **A**n te sex dies pasche uenit  
ihc bethaniam ubi fuerat lazarus mortuus!  
quem suscitauit ihc. fecerunt autem ce-  
nam ibi. & martha ministrabat. **L**azarus  
uero. unus erat ex discipulis cum eo.  
**M**aria ergo accepit libram unguenti nardi  
pistia preciosi. unxit pedes ihu. & exersit



capillis suis pedes eius. et domus impleta est  
 ex odore unguenti. **D**icit ergo unus discipu-  
 pulus eius iudas schariothes. qui erat cum  
 traditurus. **Q**uare hoc unguentum non  
 uenit trecentis denariis. et datum e ege-  
 nis. **D**ixit autem hoc. non quia de egenis perti-  
 nebat ad eum. sed quia fur erat et loculos  
 habens. ea que mittebantur portabat. **D**ixit  
 ergo ihc. **S**ine illam. ut in diem sepulture  
 mee seruet illud. **P**auperes enim semper ha-  
 bebis uobiscum. me autem non semper habe-  
 tis. **C**ognouit ergo turba multa ex iudeis.  
 quia illic est. **E**t uenerunt non propter ihm  
 tantum. sed ut lazarium uiderent quem sus-  
 citauit a mortuis. **C**ogitauerunt autem  
 principes sacerdotum. ut lazarium interfi-  
 cent. quia multi propter illum abibant ex  
 iudeis. & credebant in ihm. **I**ncastinum au-  
 tem turba multa que uenerat ad diem fes-  
 tum. cum audissent quia uenit ihc hieroso-  
 limam. acceperunt ramos palmarum et  
 processerunt obuiam ei. et clamabant. **O** san-



na. benedictus qui uenit in nomine do-  
mini. rex israel. **E**t inuenit ih̄c asellum.  
et sedit super eum. sicut scriptum est. Ho-  
li timere filia syon. ecce rex tuus uenit.  
sedens super pullum asine. **N**ec non cog-  
nouerunt discipuli eius primum. sed quan-  
do glorificatus est ih̄c. **T**unc recordati sunt.  
quia hec erant scripta de eo. et hec fecerunt  
ei. **T**estimonium ergo perhibebat turba  
que erat cum eo. quando lazarium uocauit  
de monumento. et suscitauit eum a mor-  
tuis. **P**ropterea et obuiam uenit ei turba.  
quia audierunt eum fecisse hoc signum.  
**P**harisei ergo dixerunt ad semetipsos. **U**-  
idetis quia nichil proficimus. **A**cce mun-  
dus totus post eum abiit. **E**rant autem  
gentiles quidam ex his qui ascenderant.  
ut adorarent in die festo. **H**ii ergo accesse-  
runt ad philippum qui erat ab ethsaida ga-  
lilee. et rogabant eum dicentes. **D**omine.  
uolumus ih̄m uidere. **V**enit philippus.  
et dicit andree. **A**ndreas rursus et phi-



lippus. dixerunt ihu. **I**hc autem respondit  
 eis dicens. **V**enit hora. ut clarificetur fili  
 us hominis. **A**men amen dico uobis. nisi  
 granum frumenti cadens in terram mor  
 tuum fuerit. ipsum solum manet. **S**i au  
 tem mortuum fuerit. multum fructum  
 affert. **Q**ui amat animam suam. per  
 det eam. **E**t qui odit animam suam in hoc  
 mundo. in uitam eternam custodit eam.  
**S**iquis michi ministrat. me sequatur. **E**t  
 ubi sum ego. illic et minister meus erit.  
**S**iquis michi ministrauerit. honorificabit  
 eum pater meus. **H**unc anima mea turba  
 ta est. **E**t quid dicam. **P**ater. saluifica  
 me ex hora hac. **S**ed propterea ueni in horam  
 hanc. pater clarifica nomen tuum. **V**enit  
 ergo uox de celo. et clarificauit. et iterum  
 clarificabo. **T**urba ergo que stabat et audie  
 rat. dicebat tonitruum factum esse. **A**li  
 dicebant. angelus ei locutus est. **R**espondit  
 ihc et dixit. **N**on propter me uox hec uenit.  
 sed propter uos. **H**unc iudicium est mundi.



nunc princeps huius mundi eicietur foras.

**E**t ego si exaltatus fuero a terra. omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat. significans qua morte esset moriturus.

**R**espondit ei turba. Hos audiuimus ex lege. quia xpc manet in eternum. **E**t quomodo tu dicas oportet exaltari filium hominis. **Q**uis est iste filius hominis.

**D**ixit ergo eis ihc. Adhuc modicum lumen in uobis est. Ambulate dum lucem habetis. ut non tenebre uos comprehendant.

**E**t qui ambulat in tenebris. nescit quo uadat. **D**um lucem habetis credite in lucem. ut filii lucis sitis. **H**ec locutus est ihc et abiit. et abscondit se ab eis. f. iij.

**P**assio dni nri ihu xpi scdm. Marcum. nullo temp. **E**rat autem pascha et azyma post biduum.

**E**t querebant summi sacerdotes et scribe quomodo Ihesu dolo tenerent. et occiderent. **D**icebant autem. Non in die festo. Ne forte tumultus fieret in populo. **E**t cum esset bethanie in du



mo symonis leprosi et recumberet. uenit  
 mulier habens alabastrum unguenti nardi  
 spicati preciosi. et fracto alabastro effudit  
 super caput eius. **Et** autem quidam  
 indigne ferentes intra semetipsos et dicen-  
 tes. **At** quid perditio ista unguenti facta  
 est. **P**oterat enim unguentum istud ue-  
 nundari plusquam trecentis denariis. et  
 dari pauperibus. **Et** fremebant in eam.  
**I**hesus autem dixit. **S**inite eam. quid illi molesti  
 estis. **B**onum opus operata est in me.  
**S**emper enim pauperes habetis uobiscum.  
 et cum uolueritis potestis illis bene facere.  
 me autem non semper habetis. **Q**uod ha-  
 buit hec fecit. preuenit unguere corpus  
 meum in sepulturam. **A**men dico uobis. ubi-  
 cumque predicatum fuerit euangelium  
 istud in uniuerso mundo. et quod fecit hec.  
 narrabit in memoriam eius. **Et** iudas  
 scariothis unus de duodecim abiit ad sum-  
 mos sacerdotes. ut proderet eam illis. **Q**ui  
 audientes gauisi sunt. et promiserunt ei



pecuniam se daturus. **E**t querebat quo  
modo illum oportune traderet. **E**t pri  
mo die azimorum quando pascha immo  
labant, dicunt ei discipuli. **Q**uo uis ea  
mus et paremus tibi ut manduces pascha.  
**E**t mittit duos ex discipulis suis. & dicit  
eis. **I**te in ciuitatem. et occurret uobis  
homo lagrenam aque uolans sequimini  
eum. et quocumque introierit dicit  
domino domus. quia magister dicit. **U**bi  
est refectio mea. ubi pascha cum discipulis  
meis manducem. **E**t ipse uobis demon  
strabit cenaculum grande stratum. et illic  
parate nobis. **E**t abierunt discipuli eius.  
et uenerunt in ciuitatem. & inuenerunt  
sicut dixerat illis. et parauerunt pascha.  
**A**espere autem facto uenit cum duode  
cim. et discumbentibus eis & manducanti  
bus. ait ihc. Amen dico uobis. quia unus  
ex uobis me tradet qui manducat mecum.  
**A**t illi ceperunt contristari. & dicere ei  
singularem. **H**umquid ego. **Q**ui aut illis.



**A**nus ex duodecim. qui intangit mecum  
 incarnatio. **E**t filius quidem hominis uadit.  
 sicut scriptum est de eo. **N**e autem homini  
 illi. per quem filius hominis tradetur. **B**o  
 num erat ei. si non esset natus homo ille.  
**E**t manducantibus illis. accepit ihs pa  
 nem et benedicens fregit. et dedit eis. **Q**ui ait. <sup>sumite</sup> hoc est  
**E**t accepto calice. gratias agens dedit eis. <sup>corpus meum</sup>  
 et biberunt ex illo omnes. **E**t ait illis. **H**ic  
 est sanguis meus noui testamenti. qui pro  
 multis effundetur. **A**men dico uobis. quod  
 iam non bibam de genimine uitis. usque  
 in diem illum. cum illud bibam nouum in  
 regno dei. **E**t uino dicto. exierunt in mon  
 tem oliuarum. **E**t ait eis ihs. **O**mnes scan  
 dalizabimini in nocte ista. quia scriptum e  
 st. **P**ercuciam pastorem. et dispergentur  
 oues. **S**ed postquam resurrexero. precedam  
 uos in galileam. **P**etrus autem ait ei. **E**t si  
 omnes scandalizati fuerint. sed non ego.  
**E**t ait illi ihs. **A**men dico tibi. quia tu ho  
 die in nocte hac priusquam bis gallus uo







dormientes. Erant enim oculi eorum  
 grauari. et ignorabant quid responderent  
 ei. Et uenit tertio. et ait illis. Dormite  
 iam. et requiescite. Sufficit. Venit hora.  
 ecce tradetur filius hominis in manus pec-  
 catorum. Surgite eamius. Ecce qui me  
 tradet. prope est. Et adhuc eo loquente.  
 uenit iudas scarioth unus ex duodecim. et  
 cum illo turba multa cum gladiis et lignis  
 asummis sacerdotibus. et ascribis & aseniōri-  
 bus. Dederat autem traditor eis signum  
 dicens. Quemcumque osculatus fuerit.  
 ipse est. tenere eum. et ducere eum. Et  
 cum uenisset. statim accedens ad eum ait.  
 Rabbi. Et osculatus est eum. At illi manus  
 iniecerunt in ihm. et tenuerunt eum.  
 Unus autem quidam de circumstantibus  
 educens gladium. percussit seruum summi  
 sacerdotis. & amputauit illi auriculam. Et  
 respondens ihc. ait illis. Tanquam ad latro-  
 nem existis cum gladiis et lignis. compre-  
 hendere me. Quotidie eram apud uos in



†  
super nudo,  
et tenuerunt  
eius. et ille  
reiecit sindone  
nudo p̄su

templo docens. et non me tenuistis. Sed ut  
adimplerentur scripturę. Tunc discipuli  
eius relinquentes eum omnes fugerunt.  
Adolescens autem quidam sequebatur  
eum amictis sindone nudus profugit  
ab eis. Et adduxerunt ihm ad summum  
sacerdotem. et conuenerunt omnes sacer  
dotes et scribe & seniores. Petrus autem  
alonge secutus est eum. usque intro matt  
um summi sacerdotis. et sedebat cum mi  
nistris. & calefaciebat se ad ignem. Summi  
uero sacerdotes et omne concilium quere  
bant aduersus ihm testimonium. ut eum  
morti traderent. nec inueniebant. Multi  
enim testimonium falsum dicebant aduer  
sus eum. et conuenientia testimonia non  
erant. Et quidam surgentes. falsum  
testimonium ferebant aduersus eum di  
centes. Quoniam nos audimus eum  
dicentem Ego dissoluam templum hoc  
manu factum. et post triduum aliud non  
manu factum edificabo. Et non erat con



uentens testimonium illorum. **A**t exsur-  
gens summus sacerdos in medium. inter-  
rogauit ihm dicens. **N**on respondes quic-  
quam ad ea que tibi obiciuntur ab his.

**I**lle autem tacebat. et nichil respondit.

**R**ursum summus sacerdos interrogabat  
eum. et dicit ei. **T**u es xpc filius benedicti.

**I**lle autem dixit ei. **E**go sum. et uidebitis  
filium hominis aduersus sedentem uirtutis.  
et uenientem cum nubibus celi. **S**ummus  
autem sacerdos sandens uestimenta sua  
ait. **Q**uid adhuc desideramus testes. **A**u-  
distis blasphemiam. quid uobis uidetur.

**Q**ui omnes dampnauerunt eum esse re-  
um mortis. **E**t ceperunt quidam con-  
spuere eum. et uelare faciem eius. et co-  
laphis eum cedere. et dicere ei. **P**rophetiza.

**E**t ministri alapis eum cedebant. **E**t cu-  
esset petrus inatio deorsum. uenit una  
ex ancillis summi sacerdotis. et cum uidis-  
set petrum calefacientem se. aspiciens il-  
lum ait. **E**t tu cum ihu nazareno eras.



At ille negauit dicens. Neque scio. neque  
noui quid dicas. Et exiit foras ante aliu  
um. et gallus cantauit. Rursus autem  
cum uidisset illum analla. cepit dicere  
circumstantibus. quia hic ex illis est. At ille  
iterum negauit. Et post pusillum. rur  
sus qui stabant dicebant petro. Vere  
ex illis es. Hani et galileus es. Ille autem  
cepit anathematizare et iurare. quia  
nescio hominem istum quem dicitis. Et  
statim iterum gallus cantauit. Et recor  
datus est petrus uerbi quod dixerat ei ihc.  
priusquam gallus canter bis. ter me ne  
gabris. Et cepit flere. Et confestim mane  
consilium facientes summi sacerdotes.  
cum senioribus et scribis. et uniuerso con  
cilio. uincientes ihm. duxerunt et trade  
runt pilato. Et interrogauit eum pila  
tus. Tu es rex iudeorum. At ille respon  
dens. ait illi. Tu dicas. Et accusabant  
eum summi sacerdotes in multis. Pilatus  
autem. rursus interrogauit eum dicens.



**N**on respondēs quicquam? uide inquan-  
 tis te detulit. **I**h̄c autem amplius nichil  
 respondit! ita ut miraretur pilātus. Per  
 diem autem festum: dimittere solebat illis  
 unum ex uinctis! quemcumque petissent.  
**E**rat autem qui dicebatur barrabbas!  
 qui cum seditiosis erat uinctus! qui in sedi-  
 tione fecerat homicidium. **E**t cum ascen-  
 disse turbā! cepit rogare sicut semper  
 faciebat illis. **P**ilatus autem respondit  
 eis et dixit. **Q**uidis dimittam uobis regem  
 iudeorum? **S**ciebat enim! quod per inui-  
 diam tradidissent eum summi sacerdotēs.  
**P**ontifices autem conuenerunt turbam!  
 ut magis barrabban dimitteret eis. **P**ila-  
 tus autem iterum respondens! ait illis.  
**Q**uid ergo uultis faciam regi iudeorum?  
**A**t illi iterum clamauerunt. **C**rucifige  
 eum. **P**ilatus uero dicebat eis. **Q**uid enim  
 mali fecit? **A**t illi magis clamabant.  
**C**rucifige eum. **P**ilatus autem uolens  
 populo satis facere: dimisit illis barrabban!



et tradidit ihm flagellis cesum. ut crucifige  
retur. **M**ilites autem dixerunt <sup>eum</sup> intro ma  
trium pretorii. et conuocant totam cohor  
tem. et induunt eum purpura. & impo  
nunt ei plectentes spinam coronam. et  
ceperunt salutare eum. **A**uc. rex iudeor.  
**E**t percutiebant caput eius harundine.  
et conspuiebant eum. et ponentes genua ad  
rabant eum. **E**t postquam illuserunt ei.  
exuerunt illum purpura. et induerunt illu  
uestimentis suis. et educunt illum ut crua  
figerent eum. **E**t angariauerunt pretere  
untem quempiam symonem cyrenicum ue  
nientem de uilla patrem alexandri & rufi.  
ut tolleret crucem eius. **E**t perducunt illu  
ingolgotha locum. quod est interpretatum  
caluarie locus. **E**t dabant ei bibere mir  
rarium uinum. et non accepit. **E**t crucifi  
gentes eum diuiserunt uestimenta eius.  
mittentes sortem super eis. quisquid tolle  
ret. **E**rat autem hora tertia. et crucifi re  
runt eum. **E**t erat titulus cause eius in







unus et implens spongiam aceto. circum  
ponensque calamo. potum dabat ei dicens.  
**S**inite. uideamus si ueniat helyas ad depo-  
nendum eum. **I**hc autem emissa uoce mag-  
na exspirauit. **E**t uelum templi scissum  
est in duo. a summo usque deorsum. **U**idens  
autem centurio qui ex aduerso stabat. quia  
sic clamans exspirasset ait. **U**ere. homo  
hic filius dei erat. **E**rant autem et mulie-  
res de longe aspicientes. inter quas erat ma-  
ria magdalene. et maria iacobi minoris.  
et ioseph mater. et salomee. **E**t cum esset in  
galilea sequebantur eum. et ministrabant  
ei. **E**t alie multe. que simul cum eo ascen-  
derant hierosolimam. **E**t cum iam sero  
esset factum. quia erat parasceue quod est  
ante sabbatum. uenit ioseph ab arimathia  
nobilis decurio. qui et ipse erat expectans  
regnum dei. **E**t audacter introiit ad pila-  
tum. et petiit corpus ihu. **P**ilatus autem.  
mirabatur si iam obisset. **E**t accersito cen-  
turione. interrogauit eum si iam mortui

*Euangelium  
sub melodia  
Cant.*



us esset. **E**t cum cognouisset acenturio  
ne. donauit corpus ioseph. Ioseph autem  
mercatus sindonem. et deponens eum in  
uoluit sindone. & posuit eum in monumen  
to quod erat excisum de petra. **E**t aduoluit  
lapidem ad ostium monumenti. **f. 111.**

**P**assio dñi nr̄ ih̄u xp̄i. **S**cdm Lucam.

**I**n illo temp̄e. **A**ppropinquabat dies festus  
azimorum. qui dicitur pascha. **E**t quere  
bant principes sacerdotum et scribe quomo  
do ih̄u interficerent. timebant uero plebem.

**I**nteruit autem sathanas inuidam qui cog  
nomnabatur scarioth. unum de duodecim.

**E**t abiit. et locutus est cum principibus  
sacerdotum et magistratibus. quemadmo  
dum illum traderet eis. **E**t gauisi sunt.  
& pacti sunt pecuniam illi dare. **E**t sp̄o  
pondit. **E**t querebat oportunitatem. ut  
traderet illum sine turbis. **T**enit autem  
dies azimorum in qua necesse erat occidi  
pascha. et misit petrum et iohannem di  
cens. **Q**uantes parate nobis pascha. ut



manducemus. **A**t illi dixerunt. **U**bi uis  
paremus. **E**t dixit ad eos. **E**cce introe  
untibus uobis in ciuitatem. occurrerit uo  
bis homo amphoram aque portans. sequi  
mini eum in domum inquam intrat: et  
dicens parafanulas domus. **D**icit tibi  
magister. ubi est diuersorium. ubi pascha  
cum discipulis meis manducem. **E**t ipse  
uobis ostendet cenaculum magnum stratum.  
et ibi parate. **V**entes autem inuenerunt  
sicut dixit illis. et parauerunt pascha. **E**t  
cum facta esset hora discubuit. et duode  
cim apostoli cum eo. **E**t ait illis. **D**esiderio  
desideraui hoc pascha manducare uobiscum.  
ante quam patiar. **D**ico enim uobis: quia  
ex hoc non manducabo illud. donec implea  
tur in regno dei. **E**t accepto calice. gratias  
egit & dixit. **A**ccipite et diuidite inter uos.  
**D**ico enim uobis. quod non bibam de gene  
ratione uitae. donec regnum dei ueniat.  
**E**t accepto pane. gratias egit. et fregit. &  
dedit eis dicens. **H**oc est corpus meum. qd



prouobis datur. **H**oc facite in meam con-  
 memoratiōem. **S**imiliter et calicem post-  
 quam cenauit dicens. **H**ic est calix nouū  
 testamentum in sanguine meo. qui pro  
 uobis fundetur. **U**eruntamen ecce ma-  
 nus tradentis me. in eam est inmensa.  
 + **E**t quidem filius hominis. secundū  
 quod definitum est uadit. ueruntamen  
 ue illi homini per quem tradetur. **E**t ip-  
 si ceperunt querere inter se. quis esset  
 greis. qui hoc facturū esset. **F**acta est autē  
 et contencio inter eos. quis eorum uide-  
 tur esse maior. **D**ixit autem eis. **R**eges  
 gentium dominantur eorum. et qui po-  
 testatem habent super eos. beneficia uocan-  
 tur. **T**os autem non sic. sed qui maior est  
 in uobis. fiat sicut iunior. et qui precessor  
 est sicut ministrator. **N**am quis maior  
 est qui recumbit. an qui ministrat. **H**om-  
 inē qui recumbit. **E**go autem in medio  
 uestrum sum. sicut qui ministrat. **T**os  
 autem estis. qui permansistis mecum in





x <sup>.....</sup>  
Symoni.

temptationibus meis. **E**t ego dispono uobis sicut disposuit michi pater meus regnum. ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. et sedeat super thronos iudicantes duodecim tribus israel. **A**it autem dominus. **S**imon simon. ecce sathanas expetuit uos ut cribraret sicut triticum. **E**go autem rogavi pro te. ut non deficiat fides tua. **E**t tu aliquando conuersus. confirma fratres tuos. **C**ui dixit ei. **D**omine. tecum paratus sum. et in carcerem et in mortem ire. **E**t ille dixit. **T**ibi dico petre. non cantabit hodie gallus. donec ter abneget nosse me. **E**t dixit eis. **Q**uando misi uos sine sacculo et pera & calciamentis. numquid aliquid defuit uobis. **A**t illi dixerunt. **N**ihil. **D**ixit ergo eis. **S**ed nunc qui habet sacculum. tollat similiter et peram. **E**t qui non habet. uendat tunicam suam & emat gladium. **D**ico enim uobis. quoniam adhuc hoc quod scriptum est. oportet impleri in me. **E**t quod cum in



quis deputatus est. **E**tenim ea que sunt  
 tunc. finem habent. **A**t illi dixerunt. **D**o-  
 mine. ecce gladii duo hic. **A**t ille dixit eis.  
**S**at est. **E**t egressus ibat secundum con-  
 suetudinem. in montem oliuarium. **S**ecu-  
 ti sunt autem illum et discipuli. **E**t cū  
 peruenisset ad locum. dixit illis. **O**rate.  
 ne intretis in temptationem. **E**t ipse  
 auulsus est ab eis quantum iactus est la-  
 pidis. & positus genibus orabat dicens.  
**P**ater. si uis transfer calicem istum a me.  
**N**on tamen. non mea uoluntas. sed tua  
 fiat. **A**paruit autem illi angelus de celo.  
 confortans eum. **E**t factus in agonia  
 prolixius orabat. **E**t factus est sudor  
 eius. sicut gutte sanguinis decurrentis  
 in terram. **E**t cum surrexisset a orati-  
 one. et uenisset ad discipulos suos. inue-  
 nit eos dormientes prostrata. **E**t ait  
 illis. **Q**uid dormitis. **S**urgite. orate.  
 ne intretis in temptationem. **A**dhuc eo  
 loquente. ecce turba et qui uocabatur



iudas unus de duodecim ante cedebat eos.  
et appropinquauit ihu: ut oscularetur  
eum. **I**hesus autem dixit illi. **I**uda. osculo  
filium hominis tradis. **V**identes autem  
hi qui circa ipsum erant quod futurum  
erat. dixerunt ei. **D**omine. si percuti  
mus in gladio. **E**t percussit unus ex illis  
seruum principis sacerdotum. et amputa  
uit auriculam eius dextram. **R**espondens  
autem ihesus. ait. **S**inite: usque ad huc. **E**t  
cum tetigisset auriculam eius. sanauit  
eum. **D**ixit autem ihesus ad eos qui uene  
rant ad se. principes sacerdotum. et ma  
gistratus templi: & seniores. **Q**uasi ad  
latronem existis cum gladius et fustibus.  
cum cotidie uobiscum fuero in templo.  
non extendistis manus in me. **S**ed hec est  
hora uestra. et potestas tenebrarum.  
**C**onprehendentes autem eum. duxerunt  
ad domum principis sacerdotum. **P**etrus  
uero sequebatur a longe. **A**ccenso autem  
igne in medio atrij. et circumsedentibus



illis. erat petrus in medio eorum. Quem  
 cum uidisset ancilla quedam sedentem  
 ad lumen. & cum fuisset intuita dixit.  
**E**t hic cum illo erat. At ille negauit  
 eum dicens. Mulier. non noui illum.  
**E**t post pusillum. alius uidens eum dixit.  
**E**t tu de illis es. Petrus uero ait. **O** homo.  
 non sum. **E**t inter uallo facto quasi hore  
 unius. alius quidam affirmabat dicens.  
**T**ere. et hic cum illo erat. Nam et galile  
 us est. **E**t ait petrus. **H**omo. nescio quid  
 dicas. **E**t continuo adhuc illo loquente.  
 cantauit gallus. **E**t conuersus dominus.  
 respexit petrum. **E**t recordatus est pe  
 trus uerbi domini sicut dixerat. quia  
 prius quam gallus canter ter me nega  
 bis. et egressus foras petrus. fleuit amare.  
**E**t uiri qui tenebant illum inludabant  
 ei cedentes. et uelauerunt eum. et percu  
 cebant faciem eius. & interrogabant  
 eum dicentes. **P**ropheta. quis est qui  
 te percussit. **E**t alia multa blasphemie



manentes. dicebant in eum. **A**t ut factus  
est dies; conuenerunt seniores plebis et  
principes sacerdotum & scribe. et dixe  
runt illum in concilium suum dicentes.  
**S**i tu es xpc. dic nobis. **A**t ait illis. **S**i  
uobis dixerero. non creditis michi. **S**i autem  
et interrogauero. non respondebitis michi.  
neque dimittetis. **A**d hoc autem erit fi  
lius hominis sedens ad dexteris uirtutis dei.  
**D**ixerunt autem omnes. **T**u ergo es fi  
lius dei. **Q**ui ait. **N**os dicatis. quia ego  
sum. **A**t illi dixerunt. **Q**uid adhuc deside  
ramus testimonium. ipsi enim audiu  
mus de ore eius. **A**t surgens omnis multa  
tudo eorum. dixerunt illum ad pilatum.  
**A**peruerunt autem illum accusare dicen  
tes. **H**unc inuenimus subuertentem  
gentem nostram. et prohibentem tribu  
ta dari cesari. & dicentem se xpm regem  
esse. **P**ilatus autem interrogauit eum di  
cens. **T**u es rex iudeorum. **A**t ille res  
pondens ait. **T**u dicit. **A**t autem pilatus



ad principes sacerdotum et turbas.  
**N**ichil inuenio cause in hoc homine: **A**t  
 illi inualescebant dicentes. **Q**uoniam mouit  
 populum: docens per uniuersam iudeam.  
 et incipiens a galilea usque huc. **P**ilatus  
 autem audiens galileam: interrogauit  
 si homo galileus esset. **E**t ut cognouit  
 quod de herodis potestate esset: remisit  
 eum ad herodem: qui et ipse hierosolimis  
 erat illis diebus. **H**erodes autem uiso ihu:  
 gauisus est ualde: **E**rat enim ex multo  
 tempore cupiens uidere eum: eo quod  
 audierat multa de illo: et sperabat signum  
 aliquod uidere ab eo fieri. **I**nterrogabant  
 autem illum multis sermonibus. **A**t ipse  
 nichil respondebat. **S**tabant etiam prin-  
 cipes sacerdotum & scribe: constanter accu-  
 santes eum. **S**preuit autem illum hero-  
 des cum exercitu suo et illudit: indutum  
 ueste alba: et remisit ad pilatum. **E**t  
 facti sunt amici herodes et pilatus in ipsa  
 die: nam antea inimici erant ad inuicem.



**P**ilatus autem conuocatis principibus  
sacerdotum et magistratibus & plebe.  
dixit ad illos. **O**btulistis <sup>mihi</sup> hunc hominem  
quasi auertentem populum. et ecce  
ego coram uobis interrogans. nullam  
causam inueni in homine isto ex his in  
quibus eum accusatis. sed neque herodes.  
*pila* **H**anc remisi uos ad illum. et ecce nichil  
dignum morte actum est ei. **A**mendatum  
ergo illum dimittam. **N**ecessesse au-  
tem habebat dimittere eis per diem festum  
unum. **C**lamarunt autem simul. uni-  
uersa turba dicens. **T**olle hunc. et dimitte  
nobis barabbam. **Q**ui erat propter  
seditionem quandam factam in ciuitate  
et homicidium. missus in carcerem. **I**te-  
rum autem pilatus locutus est ad illos.  
uolens dimittere ihm. **A**t illi succlamabant  
dicens. **C**rucifige crucifige eum. **U**lle  
autem tercio dixit ad illos. **Q**uid enim  
mali fecit iste. **N**ullam causam mortis  
inuenio in eo. **C**orripiam ergo illum. et




dimittam. At illi instabant uocibus  
magnis. postulantes ut crucifigeretur.  
Et inualescebant uoces eorum. Et  
pilatus adiudicauit fieri petitionem  
eorum. Dimisit autem illis eum qui  
propter homicidium et seditionem mis-  
sus fuerat in carcerem quem petebant.  
Ihm uero tradidit uoluntati eorum. Et  
cum ducerent eum. apprehenderunt sy-  
monem quendam cyrenensem uenien-  
tem de uilla. et imposuerunt illi crucem  
portare post ihm. Sequebatur autem  
illum multa turba populi. & mulierum.  
que plangebant et lamentabantur eum.  
Conuersus autem ad illas ihc dixit.  
Filie hierusalem. nolite flere super me.  
sed super uos ipsas flere. & super filios  
uestros. quoniam ecce uenient dies. in  
quibus dicent. Beate steriles et uentres  
qui non genuerunt. et ubera que non  
lactauerunt. Tunc incipient montibus  
dicere. cadite super nos. et collibus ope-



rite nos. **Q**uia si inuidi ligno hec fa-  
ciunt. in arido quid fiet. **D**ucebantur  
autem et alii duo nequam cum eo. ut  
interficerentur. **E**t postquam uene-  
runt in locum qui uocatur caluarie.  
ibi crucifixerunt eum. **E**t latrones.  
unum ad dextris. & alterum ad sinistris.  
**I**he autem dicebat. **P**ater. dimitte illis.  
Non enim sciunt quid faciunt. **D**iu-  
tentes uero uestimenta eius. miserunt  
sortes. **E**t stabat populus expectans.  
**E**t deridebant illum principes cum eis  
dicentes. **A**lios saluos fecit. se saluum fa-  
ciat. si hic est xpc dei electus. **I**lludebant  
autem ei et milites. accedentes et acetum  
offerentes illi dicentes. **S**i tu es rex iude-  
orum. saluum te fac. **E**rat autem et  
super scriptio scripta super illum. litteris  
græcis. & latinis. et hebraicis. hic est rex  
iudeorum. **U**nus autem de his qui pen-  
debant latronibus. blasphemabar eum



dicens. **S**i tu es xpc. saluum fac remet  
 ipsum et nos. **R**espondens autem alter.  
 increpabat illum dicens. Neque tu ti  
 mes deum: quod in eadem damnatione  
 es. et nos quidem iuste: nam digna factis  
 recipimus. hic uero nichil mali gessit.  
**E**t dicebat ad ihm. **D**omine. memento  
 mei: tum ueneris in regnum tuum. *Et dixit illi Iesus.*  
**A**men dico tibi. hodie mecum eris in pa  
 radiso. **E**rat autem fere hora sexta. et  
 tenebre facte sunt in uniuersa terra.  
 usque ad horam nonam. **E**t obscuratus  
 est sol. et uelum templi scissum est medi  
 um. **E**t clamans uoce magna ihc ait.  
**P**ater. in manus tuas commendo spiritum  
 meum. **E**t hec dicens. exspirauit. **U**i  
 dens autem centurio quod factum erat.  
 glorificauit <sup>deum</sup> dominum dicens. **T**ere. hic  
 homo iustus erat. **E**t omnis turba eorum  
 qui simul aderant ad spectaculum istud.  
 et uidebant que fiebant. percutientes


  
 Pa ter in man us tuis co m m e n d o s p i r i t u m m e u m



Hic legitur in tona  
E. 2. 1. 1.

pectora sua reuertebantur. **S**tabant  
autem omnes noti eius a longe. et mulie-  
res que secute erant eum a galilea. hec  
uidentes. **E**t ecce uir nomine ioseph.  
qui erat decurio. uir bonus et iustus. hic  
non consenserat consilio et actibus eoru.  
ab arimathia ciuitate iudee. qui expecta-  
bat et ipse regnum dei. **H**ic accessit ad pi-  
latum. & petit corpus ihu. **E**t depositu.  
inuoluit in sindone. **E**t posuit eum in  
monumento exciso. in quo non diu quis-  
quam positus fuerat. **f. v. In cena. dñi.**

**S**equen. sc. euangli. scdm. Iohannem.  
nullo temp. **A**nte diem festum pasche.  
sciens ihc quia uenit eius hora. ut transe-  
at ex hoc mundo ad patrem. cum dilexisset  
suos qui erant in mundo. in finem dilexit  
eos. **E**t cena facta cum diabolus iam mi-  
sisset in cor. ut traderet eum iudas symo-  
nis scariothis. **S**ciens quia omnia dedit ei  
pater in manus. et quia ad deo exiit et ad  
deum uadit. surgit a cena. et ponit uesti



12  
menta sua. Et cum accepisset linteum.  
precinxit se. Deinde mittit aquam in pel-  
uem. et cepit lauare pedes discipulorum.  
& extergere linteo quo erat precinctus.  
Venit ergo ad symonem petrum. et dicit  
ei petrus. Domine. tu michi lauas pedes.  
Respondit ihc. et dicit ei. Quod ego facio  
tu nescis modo. scies autem postea. Dicit  
ei petrus. Non lauabis michi pedes ineret-  
num. Respondit ei ihc. Si non laueris te.  
non habebis partem mecum. Dicit ei sy-  
mon petrus. Domine. non tantum pe-  
des meos. sed et manus et caput. Dicit ei  
ihc. Qui lotus est non indiget nisi ut pe-  
des lauet. sed est mundus totus. Et uos  
mundi estis. sed non omnes. Sciebat enim  
quis nam esset qui traderet eum. propterea  
dixit. non estis mundi omnes. Postquam  
ergo lauit pedes eorum et accepit uesti-  
menta sua. cum recubuisset iterum dixit  
eis. Scitis quid fecerim uobis. Uos uoca-  
tis me magister et domine. et benedicatis.



sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros dominus et magister. et uos debetis alter alterius lauare pedes. **E**xemplum enim dedit uobis. ut quemadmodum ego feci uobis. ita et uos faciatis. **A**men amen dico uobis. non est seruus maior domino suo. neque apostolus maior eo. qui misit illum. Si hec scitis. beati eritis si feceritis ea. Non de uobis omnibus dico. **E**rgo scio quos elegerim. Sed ut adimpleatur scriptura. qui manducat meum panem. leuabit contra me calcaneum suum. **A**modo dico uobis priusquam fiat. ut credatis cum factum fuerit quia ego sum. **A**men amen dico uobis. qui accipit si quem misero. me accipit. **Q**ui autem me accipit. accipit eum qui me misit. **Q**um hec dixisset ihc. turbatus est spiritu. et protestatus est & dixit. **A**men amen dico uobis. quia unus ex uobis tradet me. **A**spicebant ergo adinuicem discipuli. hesitantes de quo diceret. **E**rat ergo recumbens



unus ex discipulis eius in sinu ihu. quem  
diligebat ihc. **I**nnuit ergo huic symon  
petrus. et dicit ei. **Q**uis est de quo dicit.  
**I**taque cum recubisset ille supra pec-  
tus ihu. dicit ei. **D**omine. quis est.  
**R**espondit ihc. **I**lle est cui ego intinctum  
panem porrexero. **E**t cum intinxisset  
panem. dedit iude symonis scariothis.  
**E**t post buccellam. tunc introiit mil-  
lum sathanas. **D**icit ei ihc. **Q**uod facis.  
fac etiam. **H**oc autem nemo sciuit dis-  
cumbentium. ad quid dixerit ei. **Q**ui-  
dam enim putabant. quia loculos habe-  
bat iudas quia dicit ei ihc. **A**me ea-  
que opus sunt nobis. ad diem festum.  
aut egenis ut aliquid daret. **C**um ergo  
accepisset ille buccellam. exiit continuo.  
**E**rat autem nax. **C**um ergo exisset.  
dicit ihc. **H**unc clarificatus est filius ho-  
minis. et deus clarificatus est in eo. **S**i  
deus clarificatus est in eo. et deus clarifi-  
cabit eum in semetipso. **E**t continuo!



+ fili h: ad huc medicus vobiscum sum Surgite hinc hinc

clarificavit eum. **Feria. vi.**

**Hic legitur passio sine titulo.**

In illo tempore

**A**gressus est ihc <sup>cū discipulis suis</sup> transtorrentem  
cedron: ubi erat hortus: in quem  
introiit ipse, et discipuli eius  
Sciebat autem et iudas qui tradebat eum,  
locum: quia frequenter ihc conuenerat  
illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cū  
accepisset cohortem, et apontificibus et  
phariseis ministros: uenit illuc cum lan-  
ternis & facibus et armis. Ihc itaque  
sciens omnia que uentura erant super  
eum: processit et dixit eis. **Q**uem queri-  
tis? **R**esponderunt ei. **I**hm nazarenum.  
**D**ixit eis ihc. **E**go sum. Stabat autem &  
iudas qui tradebat eum cum ipsis. **A**t er-  
go dixit eis ego sum: abierunt retrorsum,  
et ceciderunt in terram. **I**terum <sup>ergo</sup> eos inter-  
rogauit. **Q**uem queritis? **A**lli autem  
dixerunt. **I**hm nazarenum. **R**espondit  
ihc. **D**ixi uobis: quia ego sum. **S**i ergo me  
queritis: sinite hos abire. **A**t impleverat



sermo quem dixit. quia quos dedisti michi.  
 non perdidisti ex ipsis quemquam. **S**imon  
 ergo petrus habens gladium eduxit eum.  
 et percussit pontificis seruum. et abscidit  
 eius auriculam dextram. **E**rat <sup>autem</sup> nomen  
 serui malchus. **D**ixit ergo ihc pe-  
 tro. **M**itte gladium <sup>tuum</sup> in uaginam. **N**ali-  
 cem quem dedit michi pater. non vis ut bibam  
 illum. **M**ohors ergo et tribunus et mi-  
 nistri iudeorum comprehenderunt ihm;  
 et ligauerunt eum. & adduxerunt eum  
 ad annam p<sup>r</sup>imum. **E**rat enim socer  
 caiphe. qui erat pontifex anni illius.  
**E**rat autem caiphas qui consilium dedit  
 iudeis. quia expedit unum hominem  
 mori pro populo. **S**equebatur autem ihm  
 simon petrus. et alius discipulus. **D**isca-  
 pulus autem ille erat notus pontifici. &  
 introiit cum ihu in atrium pontificis.  
**P**etrus autem stabat ad ostium foris.  
**A**ruit ergo discipulus ille qui erat  
 notus pontifici et dixit ostiari. et intro-



duxit petrum. **D**ixit ergo petro analla  
ostiaria. **N**umquid et tu discipulus es  
hominis istius. **D**icit ille. **N**on sum. **S**ta  
bant autem serui et ministri ad prunas.  
quia frigus erat. et calefaciebant se. **E**rat  
autem cum eis et petrus. stans et calefaci  
ens se. **P**ontifex ergo interrogauit ihm  
de discipulis suis. et de doctrina eius. **R**espon  
dit ei ihc. **E**go palam locutus sum mun  
do. ego semper docui in synagoga et in  
templo quo omnes iudei conueniunt. et  
in occulto locutus sum nichil. **Q**uid me  
interrogas. **I**nterroga eos qui audierunt  
quid locutus sum ipsis. ecce hi sciunt que  
dixerim ego. **H**ec autem cum dixisset. un  
d assistens ministrorum. dedit alapam ihu  
dicens. **S**ic respondes pontifici. **R**espondit  
ei ihc. **S**i male locutus sum. testimonium  
perhibe de malo. **S**i autem bene. quid me  
cedis. **E**t misit eum annas ligatum ad  
caiphan pontificem. **E**rat autem symon  
petrus. stans et calefaciens se. **D**ixerunt



ergo ei. **N**umquid et tu ex discipulis eius  
 es. **N**egavit ille & dixit. **N**on sum. **D**ixit ei  
 unus ex seruis pontificis cognatus eius  
 cuius absudit petrus auriculam. **H**omine  
 ego te uidi in horto cum illo. **I**terum ergo  
 negavit petrus. et statim gallus cantauit.  
**A**dducunt ergo ihm acaipha in pretorium.  
**S**tat autem manens. **E**t ipsi non introie  
 runt in pretorium. ut non contaminaren  
 tur. sed manducarent pascha. **A**xiuit er  
 go pilatus ad eos foras et dixit. **Q**uam ac  
 cusationem afferitis aduersus hominem  
 istum. **R**esponderunt et dixerunt ei. **S**i  
 non esset hic malefactor. non tibi tradidisse  
 mus eum. **D**ixit ergo eis pilatus. **A**cipite  
 eum uos. et secundum legem uestram iudi  
 cate eum. **D**ixerunt ergo ei iudei. **H**obis  
 non licet interficere quemquam. **U**t ser  
 mo ihu impleretur quem dixit. signifi  
 cans qua esset morte moriturus. **I**ntroi  
 uit ergo iterum in pretorium pilatus et  
 uocauit ihm et dixit ei. **T**u es rex iudeorum.



**E**t respondit ih̄c. **A**ttemetipso hoc dicis!  
an alii tibi dixerunt de me? Respondit  
pilatus. Numquid ego iudeus sum? Genus  
tua et pontifices tradiderunt te michi.  
**Q**uid fecisti? Respondit ih̄c. Regnum  
meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mun-  
do esset regnum meum, ministri mei uti-  
que decertarent, ut non traderer iudeis.  
Hunc autem regnum meum non est hinc.  
**D**ixit itaque ei pilatus. Ergo rex es tu?  
Respondit ih̄c. Tu dicis, quia rex sum ego.  
**E**go in hoc natus sum, & ad hoc ueni in  
mundum, ut testimonium perhibeam ue-  
ritati. Omnis qui est ex ueritate, audit  
meam uocem. **D**ixit ei pilatus. Quid est  
ueritas? **E**t cum hoc dixisset, iterum ex-  
iit ad iudeos, et dixit eis. Ego nullam inue-  
nio in uos causam. **E**st autem consuetudo  
uobis, ut unum dimittam uobis in pascha.  
**N**ultus ergo dimittam uobis regem iudeorum?  
**C**lamauerunt rursus omnes dicentes.  
Non hunc, sed barabbam. **E**rat autem



bariabbas latro. **T**unc ergo apprehendit  
 pilatus ihm. et flagellavit. **E**t milites  
 plectentes coronam de spinis, imposuerunt  
 capiti eius. et ueste purpurea circumde-  
 runt eum. **E**t ueniebant ad eum. et dice-  
 bant. **A**ue. rex iudeorum. **E**t dabant ei  
 alapas. **E**xit iterum pilatus foras. et di-  
 cit eis. **E**cce adduco uobis eum foras. ut  
 cognoscatis quia in eo nullam causam in-  
 uenio. **E**xit ergo ihc portans spineam  
 coronam. et purpureum uestimentum.  
 et dicit eis. **E**cce homo. **Q**um ergo ui-  
 dissent eum pontifices et ministri. clama-  
 bant dicentes. **C**rucifige crucifige eum.  
**D**icit eis pilatus. **A**cipite eum uos. et cruci-  
 figite. **E**go enim non inuenio in eo cau-  
 sam. **R**esponderunt ei iudei. **H**os legem  
 habemus. et secundum legem debet mori.  
 quia filium dei se fecit. **Q**um ergo audisset  
 pilatus hunc sermonem. magis timuit.  
**E**t ingressus est pretorium iterum. et  
 dicit ad ihm. **U**nde es tu. **I**hc autem res-

De Spinea corona  
 In illo tpe  
 2m legitur



sponsum non dedit ei. **D**icit ergo ei pilatus. **M**ichi non loqueris. nescis quia potestatem habeo crucifigere te. et potestatem habeo dimittere te. **R**espondit ihc. **N**on haberes potestatem aduersum me ullam. nisi tibi esset datum desuper. **P**ropterea qui tradidit me tibi. maius peccatum habet. **A**unde querebat pilatus dimittere eum. **I**udei autem clamabant dicentes. **S**i hunc dimittis. non es amicus cesaris. **O**mnis qui se regem facit. contradicit cesari. **P**ilatus ergo cum audisset hos sermones. adduxit foras ihm. et sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostrotos hebraice autem gabatha. **E**rat autem parasceue pasche. hora quasi sexta. **E**t dicit iudeis. **E**cce rex uester. **I**lli autem clamabant. **T**olle tolle. crucifige eum. **D**icit eis pilatus. **R**egem uestrum crucifigam. **R**esponderunt pontifices. **N**on habemus regem. nisi cesarem. **T**unc ergo tradidit eis illum. ut crucifigeretur. **S**usceperunt



autem ihm et eduxerunt. et baiolans  
 sibi crucem. exiit in eum qui dicitur cal  
 uarie locum. hebraice golgotha. ubi cum  
 crucifixerunt. et cum eo alios duos hinc &  
 hinc. medium autem ihm. **S**cripsit autem  
 et titulum pilatus. et posuit super crucem.  
**Q**rat autem scriptum. ihc nazarenus  
 rex iudeorum. **I**nunc ergo titulum multi  
 legerunt iudeorum. quia prope ciuita  
 tem erat locus. ubi crucifixus est ihc. **E**t  
 erat scriptum hebraice. grece. et latine.  
**D**icebant ergo pilato pontifices iudeorum.  
**N**oli scribere rex iudeorum. sed quia ip  
 se dixit. rex sum iudeorum. **R**espondit  
 pilatus. **Q**uod scripsi. scripsi. **M**ilites er  
 go cum crucifixissent eum. acceperunt  
 uestimenta eius. et fecerunt quatuor  
 partes. unicuique militi partem et tuni  
 cam. **Q**rat autem tunica inconsutilis.  
 desuper contexta per totum. **D**ixerunt  
 ergo adinuicem. **N**on sandanius eam.  
 sed sortiamur de illa cuius sit. **U**t scriptu



ta impleretur dicens. **P**artiti sunt uesti-  
menta mea sibi. et inuestem meam mise-  
runt sortem. **E**t milites quidem hec  
fecerunt. **S**tabant autem iuxta crucem  
ihu mater eius. et soror matris eius ma-  
ria cleophe. et maria magdalene. **C**um  
uidisset ergo ihc matrem. et discipulum  
stantem quem diligebat. dicit matri  
sue. **M**ulier. ecce filius tuus. **D**emum  
dicit discipulo. **E**cce mater tua. **E**t  
ex illa hora. accepit eam discipulus in sua.  
**P**ostea sciens ihc. quia iam omnia con-  
summata sunt. ut consummaretur scrip-  
tura. dicit. **S**icio. **V**as ergo positum  
erat. aceto plenum. **I**lli autem spongi-  
am plenam aceto. hyssopo circumponen-  
tes. obtulerunt ori eius. **C**um ergo ac-  
cepisset ihc acetum. dixit. **C**onsumma-  
tum est. **E**t inclinato capite. tradidit  
spiritum. **I**udei ergo quoniam parasce-  
ue erat. ut non remaneret in cruce cor-





pora sabbato. erat enim magnus dies ille  
 sabbati. rogauerunt pilatum ut frange-  
 rentur eorum crura et tollerentur. **Ve-**  
 nerunt ergo milites. & primi quidem fre-  
 gerunt crura. et alterius qui crucifixus est  
 cum eo. **Ad** ihm autem cum uenissent. &  
 uiderunt eum iam mortuum. non frege-  
 runt eius crura. sed unius militum lancea  
 latus eius aperuit. et continuo exiit san-  
 guis et aqua. **Et** qui uidit testimonium  
 pethibiuit. et uerum est testimonium eius.  
**Et** ille scit quia uera dicit. ut et uos cre-  
 datis. **Facta** sunt enim hec. ut scriptura  
 impleretur. **Os** non comminuetis ex eo.  
**Et** iterum alia scriptura dicit. **Uidebunt**  
 in quem transierunt. **Post** hec autem Euangelium. 26  
 rogauit pilatum ioseph abarimathia eo  
 quod esset discipulus ihu. occultus autem  
 propter metum iudeorum. ut tolleret  
 corpus ihu. **Et** permisit pilatus. **Uenit**  
 ergo. et tulit corpus ihu. **Uenit** autem &



nichodemus qui uenerat ad ihu nocte pri-  
mum. ferens myrram myrrae et aloes  
quasi libras centum. Acceperunt ergo cor-  
pus ihu. et ligauerunt eum linteis cum  
aromatibus. sicut mos iudeis est sepelire.

Erant autem in loco ubi crucifixus est hor-  
tus. et in horto monumentum nouum.  
in quo non dum quisquam positus erat.

Ibi ergo propter parasceuen iudeorum.  
quia iuxta erat monumentum. posuerunt  
eum. **In sabbato Sancto pasche.**

**Sequen. sa. Euangli. scdm. Matheum.**

**N**ullo tempore. **U**espere autem sabbati  
que lucebat in prima sabbati. uenit maria  
magdalena et altera maria. uidere sepul-  
chrum. **E**t ecce terremotus factus est  
magnus. Angelus enim domini descendit  
de celo. et accedens reuoluit lapidein. et se-  
debat super eum. **E**rant autem aspectus  
eius sicut fulgur. et uestimentum eius si-  
cut nix. **P**re timore autem eius exterriti  
sunt custodes. et facti sunt uelut mortui.



Respondens autem angelus. dixit mulie-  
ribus. Nolite timere uos. Scio enim. qd  
ihm qui crucifixus est queritis. Non est hic.  
Surrexit enim. sicut dixit. Venite uidete  
locum. ubi positus erat dominus. Et cito  
euntes dicite discipulis eius quia surrexit.  
Et ecce precedit uos in galileam. Ibi eum  
uidebitis. ecce dixi uobis. **Indie. Sancto.**

**SEQUENTIA. SANCTI.  
EVAH. GALII. Scdm. Marcum.**

in illo tempore



aria magdalene et maria  
iacobi et salome emerunt  
aromata. ut uenientes  
ungerent ihm. **Et** ualde  
mane una sabbatorum ue-  
niunt ad monumentum. orto  
iam sole. **Et** dicebant adinuicem. **Quis**  
reuoluit nobis lapidem a ostio monumen-  
ti. **Et** respicientes. uiderunt reuolu-  
tum lapidem. **Erant** quippe magnus  
ualde. **Et** introeuntes in monumentum.





uiderunt iuuenem sedentem in certis.  
cooperatum stola candida, & obstupuerunt.  
**Q**ui dicit illis. Nolite expauescere. **I**hu  
queritis nazarenum? et uisum. **S**urte  
it. non est hic. **E**cce locus ubi posuerunt  
eum. **S**ed ite dicite discipulis eius et pe  
tro. quia precedit uos in galileam. **I**bi  
eum uidebitis. sicut dixit uobis. **Feria. ii.**  
**Sequen. sa. Luugli. Scdm. Lucam.**  
nullo tempore. **E**t duo ex discipulis  
ihu. ibant ipsa die in castellum. quod erat  
in spatio stadiorum sexaginta ab hierusa  
lem. nomine emaus. **E**t ipsi loqueban  
tur adinuicem. de his omnibus que accide  
rant. **E**t factum est dum fabularentur  
et secum querebant. et ipse ihc appropin  
quans ibat cum illis. **O**culi autem illoru  
tenebantur. ne eum agnoscerent. **E**t ait  
ad illos. **Q**ui sunt hi sermones quos con  
fertis adinuicem ambulantes et estis  
tristes? **E**t respondens unus cui nomen  
cleophas. dixit ei. **T**u solus peregrinus



es in hierusalem! et non cognouisti que  
 facta sunt in illa his diebus. **Q**uibus  
 ille dixit. **Q**ue. **E**t dixerunt. **D**e ihu  
 nazareno. qui fuit uir propheta potens  
 in opere et sermone. coram deo & omni  
 populo. **E**t quomodo eum tradiderunt  
 summi sacerdotes et principes nostri in  
 damnationem mortis. et crucifixerunt  
 eum. **H**os autem sperabamus. quia ipse  
 esset redempturus israel. **E**t nunc super  
 hec omnia. tertia dies est hodie. quod hec  
 facta sunt. **S**ed et mulieres quedam ex  
 nostris terruerunt nos. que ante lucem  
 fuerunt admonumentum. & non inuento  
 corpore eius. uenerunt dicentes se etiam  
 uisionem angelorum uidisse. qui dicunt  
 eum uiuere. **E**t abierunt quidam ex nostris  
 admonumentum. et ita inuenerunt. sicut  
 mulieres dixerunt. **I**psum uero non inue  
 nerunt. **E**t ipse dixit ad eos. **O** stulti et tar  
 di corde ad credendum. in omnibus que locu  
 ti sunt prophete. **N**onnie hec oportuit



pati xpm̄. et ita intrare in gloriam suam.  
**E**t incipiens a moysē et omnibus prophe-  
tis. interpretabatur illis in omnibus scrip-  
turis que de ipso erant. **E**t appropinqua-  
uerunt castello quo ibant. et ipse se finxit  
longius ire. **E**t coegerunt illum dicentes.  
**M**ane nobiscum quoniam ad uesperascat.  
et inclinata est iam dies. **E**t intrauit  
cum illis. et factum est dum recumberet  
cum illis. accepit panem et benedixit. ac  
fregit et porrigebat illis. **E**t aperti sunt  
oculi eorum. et cognouerunt eum. **E**t  
ipse euauit ex oculis eorum. **E**t dice-  
runt ad inuicem. **H**omine cor nostrum  
ardens erat in nobis dum loqueretur in  
uia. et aperiret nobis scripturas. **E**t  
surgentes eadem hora. regressi sunt in hie-  
rusalem. **E**t inuenerunt congregatos  
undecim. et eos qui cum ipsis erant dicen-  
tes. quod surrexit dominus uere. et appa-  
ruit symoni. **E**t ipsi narrabant que gesta  
erant in uia. et quomodo cognouerunt



eum. in fractione panis. *feria. iij.*  
*Sequencia S<sup>a</sup> Lugli. S<sup>o</sup>dm. Lucan.*  
 nullo temp<sup>e</sup>. **S**tetit ihc in medio disci-  
 pulorum suorum. et dicit eis. Pax uobis.  
**E**go sum nolite timere. Conturbati uero  
 conterriti. existimabant se spiritum uidere.  
**E**t dicit eis. Quid turbati estis. et cogi-  
 tationes ascendunt in corda uestra. **U**ide-  
 te manus meas et pedes. quia ipse ego sum.  
**P**alpare et uidere. quia spiritus carnem &  
 ossa non habet. sicut me uidetis habere.  
**E**t cum hoc dixisset. ostendit eis manus et  
 pedes. **A**dhuc autem illis non credentibus.  
 et mirantibus pre gaudio dicit. **H**abetis  
 hic aliquid quod manducetur. **E**t illi ob-  
 tulerunt ei partem piscis asci. et fauam  
 mellis. **E**t cum manducasset coram eis.  
 sumens reliquias dedit eis. **E**t dicit ad eos.  
**H**ec sunt uerba que locutus sum ad uos.  
 cum adhuc essem uobiscum. quoniam ne-  
 cesse est impleri omnia que scripta sunt  
 in lege moysi. & prophetis et psalmis de me.



Tunc aperuit illis sensum. ut intellige-  
rent scripturas. et dixit eis. Quoniam sic  
scriptum est. et sic oportebat xpm pati. et re-  
surgere a mortuis die tertia. Et predicari  
in nomine eius. penitentiam & remissionem  
peccatorum. in omnes gentes. f. 111.  
*Sequen. Sa. Lugli. Scdm. Iohannem.*  
nullo temp. **M**anifestauit se ihc <sup>aiten discipulis</sup> ad ma-  
re tyberiadis. manifestauit autem sic. Erant  
simul simon petrus et thomas qui di-  
citur didimus. et nathanahel qui erat aca-  
na galilee. et filii zebedei. & alii discipulis  
eius duo. **D**ixit eis symon petrus. **V**ado  
piscari. **D**icunt ei. **V**enimus et nos tecum.  
**E**t exierunt et ascenderunt nauim. et  
illa nocte nichil preceperunt. Mane autem  
iam facto. stetit ihc in littore. **N**on tamen  
cognouerunt discipuli. quia ihc est. **D**ixit  
ergo eis ihc. **P**ueri. numquid pulmentari-  
um habetis. **R**esponderunt ei. **N**on.  
**D**ixit eis. **M**itte in dexteram nauis rete.  
& inuenietis. **M**iserunt ergo. et iam non



ualebant illud trahere a multitudine pis-  
 cum. **D**icit ergo discipulus ille quem di-  
 ligebat ihc petro. **D**ominus est. **S**imon  
 petrus cum audisset quia dominus est. tu-  
 nica succinxit se. erat enim nudus et mi-  
 sit se in mare. **A**lii autem discipuli. nauigio  
 uenerunt. **N**on enim longe erant a terra.  
 sed quasi cubitis ducentis. trahentes rete  
 piscium. **E**t ergo descenderunt in terram.  
 uiderunt prunas positas et piscem super-  
 positum & panem. **D**icit eis ihc. **A**fferte  
 de piscibus. quos prendidistis nunc. **A**scendit  
 symon petrus et traxit rete in terram ple-  
 num magnis piscibus. centum quinquaginta  
 tribus. **E**t cum tanti essent. non est  
 cassum rete. **D**icit eis ihc. **V**enite pran-  
 dere. **E**t nemo audebat discumbentium  
 interrogare eum tu quis es. scientes quia  
 dominus est. **E**t uenit ihc. et accepit pa-  
 nem. & dat eis. et piscem similiter. **H**oc  
 iam tertio manifestatus est ihc discipulis  
 suis. cum resurrexisset a mortuis. **f. v.**



**S**equenti. s. a. Euglii. s. d. m. Iohannem.  
nullo tempore. **M**aria autem stabat ad mo-  
numentum foris plorans. **D**um ergo  
fletet. inclinavit se et prospexit in monu-  
mentum. et vidit duos angelos in albis  
sedentes. **A**nimum ad caput & <sup>alium</sup> unum ad pe-  
des. ubi positum fuerat corpus ihu. **D**i-  
cunt ei illi. **M**ulier. quid ploras. **D**icit  
eis. **Q**uia tulervunt dominum meum.  
et nescio ubi posuerunt eum. **H**ec cum  
dixisset. conversa est retrorsum. & vidit  
ihm stantem. et non sciebat quia ihc est.  
**D**icit ei ihc. **M**ulier. quid ploras. quem  
queris. **I**lla existimans quia hortolanus  
esset. dicit ei. **D**omine. si tu sustulisti  
eum. dicit michi ubi posuisti eum. et ego  
eum tollam. **D**icit ei ihc. **M**aria. **C**onver-  
sa illa. dicit ei. **R**abboni. quod dicitur  
magister. **D**icit ei ihc. **N**oli me tangere.  
non dum enim ascendi ad patrem meum.  
**V**ade autem ad fratres meos. et dic eis.  
**A**scendo ad patrem meum et patrem uel



trum! et deum meum, & deum uestrum.

Venit maria magdalenē annuncians  
discipulis! quia uidi dōminum. et hec dixit  
mihi. **Feria. vi.**

**Sequen. s̄. Eugli. s̄dm. Matheum.**

**I**n illo tempore! Undecim discipuli abie-  
runt in galileam! in montem ubi constitu-  
erat illis ih̄c. Et uidentes eum adoraue-  
runt! quidam autem dubitauerunt. Et  
accedens ih̄c! locutus est eis dicens. **D**ata  
est michi omnis potestas! in celo et in terra.  
**G**untis ergo docete omnes gentes! bap-  
tizantes eos in nomine patris. et filii. & spiri-  
tus sancti. docentes eos seruare omnia. que-  
cumque mandaui uobis. **E**t ecce ego uo-  
bis cum sum omnibus diebus! usque ad con-  
summationem seculi. **Sabbato.**

**Sequen. s̄. Eugli. s̄dm. Matheum.** Joh̄s

**I**n illo tempore! **U**na sabbati maria mag-  
dalene uenit mane cum adhuc tenebre es-  
sent ad monumentum! et uidit lapidem  
sublatum a monumento. **Q**uærit ergo



et uenit ad symonem petrum. et ad alium discipulum quem amabat ihc. & dicit eis. Tulerunt dominum de monumento. et nescimus ubi posuerunt eum. **A**xit ergo petrus et ille alius discipulus. et uenerunt ad monumentum. **Q**uerebant autem duo simul et ille alius discipulus preuenit ad petrum. et uenit primus ad monumentum. **A**t cum se uicinasset uidit posita linteamina. non tamen introiit. **V**enit ergo symon petrus. sequens eum. & introiit in monumentum. et uidit linteamina posita. et sudarium quod fuerat super caput eius. non cum linteaminibus positum. sed separatim inuolutum in unum locum. **T**unc ergo introiit et ille discipulus qui uenerat primus ad monumentum. & uidit et credidit. **N**on dum enim sciebant scripturam. quia oportet et cum mortuis resurgere. **D**ominica **I**n octaua pasche.



**S**equenti. **sa. Euangli. Scdm. Ioh. annu.**  
 nullo temp. **Q**um esset sero die illa una  
 sabbatorum. et fores essent clausae. ubi erant  
 discipuli congregati propter metum iude-  
 orum. uenit ihc et stetit in medio. et dicit  
 eis. **Pax uobis.** Et cum hoc dixisset.  
 ostendit eis manus & latus. **G**ausi sunt  
 ergo discipuli. uiso domino. **D**ixit eis ergo  
 iterum. **Pax uobis.** Sicut misit me pater.  
 et ego mitto uos. **H**oc cum dixisset. insuffla-  
 uit. et dicit eis. **A**ccipite spiritum sanctum.  
**Q**uorum remiseritis peccata. remittun-  
 tur eis. **E**t quorum retinueritis. retenta  
 sunt. **T**homas autem unus ex duodecim  
 qui dicitur didimus. non erat cum eis quan-  
 do uenit ihc. **D**ixerunt ergo ei alii disci-  
 puli. **A**uidimus dominum. **I**lle autem dixit  
 eis. **N**isi uidero in manibus eius signa  
 clauorum. et mittam digitum meum in  
 locum clauorum. et mittam manum me-  
 am in latus eius. non credam. **E**t post di-  
 es octo. iterum erant discipuli eius intus.

¶ **thoma.**





et thomas cum eis. Venit ihc ianuis clau-  
sis. et stetit in medio. & dixit eis. Pax vobis.  
**D**emum dicit thome. Infer digitum tuum  
huc. et uide manus meas. & alter manum  
tuam & mitte in latus meum. et non es  
incredulus sed fidelis. Respondit thomas.  
& dixit ei. Dominus meus. et deus meus.  
**D**icit ei ihc. Quia uidisti me. credidisti.  
Beati qui non uiderunt et crediderunt.  
Multa quidem et alia signa fecit ihc in con-  
spectu discipulorum suorum. que non  
sunt scripta in libro hoc. **M**ec autem scripta  
sunt. ut credatis quia ihc est. xpc filius dei.  
Et ut credentes uitam habeatis. in nomi-  
ne eius. **Feria Quarta.**

**I**tem. **Sequen. sa. Luugli. Scdm. Marcum.**  
nullo tempore. **S**urgens autem ihc mane  
prima sabbati. apparuit primo marie  
magdalene. de qua eiecerat septem demo-  
nia. **I**lla uadens nuntiavit his qui cum  
eo fuerant. lugentibus et flentibus. **E**t  
illi audientes quia uiueret et uisus esset

Ita est p[er] s[an]cti thoma



ab ea non crederunt. Post hec autem  
 duobus creis ambulantibus ostensus est  
 in alia effigie. euntibus in uillam. Et illi  
 euntes. nuntiauerunt ceteris. **Feria. vi.**  
**Sequen. sa. Eungli. Scdm. Alatheum.**  
 nullo temp. **A**xierunt mulieres, <sup>ato</sup> demo-  
 numento cum timore & gaudio magno!  
 currentes nunciare discipulis ihesu. Et  
 ecce ihc occurrit illis dicens. **A**uete. Ille  
 autem accesserunt & tenuerunt pedes  
 eius. et adorauerunt eum. Tunc ait illis  
 ihc. **N**olite timere. **I**te nunciate fratri-  
 bus meis. ut eant in galileam. ibi me in-  
 debunt. **Q**ue cum abissent. ecce quidam  
 de custodibus uenerunt in ciuitatem. et  
 nuntiauerunt principibus sacerdotum  
 omnia que facta fuerant. **E**t congregati  
 cum senioribus. consilio accepto. pecuni-  
 am copiosam dederunt militibus dicentes.  
**D**icite quia discipuli eius nocte uenerunt.  
 et furati sunt eum nobis dormientibus.  
**E**t si hoc auditum fuerit a preside. nos



suadebimus ei. et securus uos faciemus.

At illi accepta pecunia fecerunt sicut  
erant docti. **Et** diuulgatum est uerbum  
istud apud iudeos. usque in hodiernum diem.

**D**ominica. i. post Octauam. pasche:

**S**equenti. scilicet. Luuglii. Scdm. Iohannem.  
nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**E**go sum pastor bonus. Bonus pas-  
tor animam suam dat pro ouibus.  
**M**ercennarius et qui non est pastor.  
cuius non sunt oues proprie. uidet luum  
uenientem. & dimittit oues et fugit. **Et**  
lupus rapit. et dispergit oues. **M**ercenna-  
rius autem fugit quia mercennarius est.  
& non pertinet ad eum de ouibus. **E**go  
sum pastor bonus. et cognosco meas. et cog-  
noscent me mee. **S**icut nouit me pater.  
& ego agnosco patrem. **Et** animam me-  
am pono pro ouibus meis. **Et** alias oues  
habeo que non sunt ex hoc ouili. & illas  
oportet me adducere. et uocem meam au-  
dient. **Et** fiet unum ouile. et unus pastor.



**Et. iij. Sequen. sc̄i. Euglii. S. d̄m. Lucani.**

nullo temp. **Q**ua autem sabbati ualde diluculo. mulieres uenerunt admonumentum portantes que parauerant aromata.

et inuenerunt lapidem reuolutum a monumento. **E**t ingressae non inuenerunt corpus domini ih̄u. **E**t factum est dum mente consternate essent de isto. ecce duo uiri steterunt secus illas inueste fulgenti.

Quum timerent autem et declinarent uultum in terram. dixerunt ad illas.

Quid queritis uiuentem cum mortuis.

Non est hic. sed resurrexit. Recordamini qualiter locutus est uobis. cum adhuc in galilea esset dicens. quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum. et crucifigi. & die tertia resurgere.

**E**t recordate sunt uerborum eius. **E**t regressae a monumento. nunciauerunt haec omnia illis undecim. & ceteris omnibus.

**E**rat autem maria magdalene et iohanna. et maria iacobi. et ceterae que erant cum



ei. que dicebant ad apostolos hec. et iusa  
sunt ante illos sicut deliramentum uerba  
ista. et non credebant illis. **P**etrus autem  
surgens cucurrit ad monimentum. et  
procumbens. uidet linteamina sola posita.  
**E**t abiit secum mirans. quod factum  
fuerat. **ffera. Sexta.**

**S**equen. sa. Euangli. Scdm. Matheum.  
nullo temp. **A**ccesserunt ad ihm discipu  
li iohannis dicentes. **Q**uare nos et phari  
sei ieiunamus frequenter. discipuli autem  
tui non ieiunant. **E**t ait illis ihc. Num  
quid possunt filii sponsi lugere. quam die  
cum illis est sponsus. **V**enient autem  
dies cum auferetur ab eis sponsus. et tunc  
ieiunabunt. **N**emo autem mittit commis  
suram panni rudis. in uestimentum uetus.  
**C**ollit enim plenitudinem eius a uestimento.  
et peior fissura fit. **N**equie mittunt uinum  
nouum. in utres ueteres. **A**lioquin. rum  
pantur utres. uinum effunditur. et utres  
peribunt. **S**ed uinum nouum in utres nouos



mittunt. et ambo conseruantur.

**D**ominica. ij. Post. Octauam. pasche:  
Sequen. sa. Euangli. Scdm. Iohannem.  
nullo temp. Dixit ihc discipulis suis.

**M**odicum et iam non uidebitis me: &  
iterum modicum et uidebitis me:  
quia uado ad patrem. Dixerunt ergo ex  
discipulis eius adinuicem. Quid est hoc  
quod dicit nobis modicum. & non uidebitis  
me. et iterum modicum et uidebitis me.  
et quia uado ad patrem. Dicebant ergo.  
Quid est hoc quod dicit nobis modicum.  
Nescimus quid loquitur. Cognouit au-  
tem ihc quia uolebant eum interrogare.  
et dixit eis. De hoc queratis inter uos. quia  
dixi modicum et non uidebitis me. et ite-  
rum modicum & uidebitis me. Amen a-  
men dico uobis. quia plorabitis et flebitis  
uos. mundus autem gaudebit. Vos autem  
contristabimini. sed tristitia uestra uerte-  
tur in gaudium. Mulier cum parit tristi-  
ciam habet. quia uenit hora eius. Cum



autem pepe- rit puerum. iam non me-  
minit pressure propter gaudium. quia  
natus est homo inmundum. Et uos igi-  
tur nunc quidem tristitiam habetis. Ire-  
rum autem uidebo uos. et gaudebit cor  
uestrum. Et gaudium uestrum. nemo  
tollet a uobis. *Seria. Quarta.*

*Evangelii Johis  
f. 1. c. 11. v. 22.  
pul. Johis cu uobis  
d. p. f. c. a. t. e. h. e. v. e.  
ip. e. s. s. i. d. i. f. a. t. e.  
u. r. s. e. q. u. e. s. s. e.*

*vacat*

*Sequen. sa. Euangli. S. d. m. Iohannem.*  
nullo temp. **L**oquentes turbe ad ihu  
dixerunt. **Q**uid faciemus ut operemur  
opera dei. Respondit ihc. & dixit eis. **H**oc  
est opus dei. ut credatis in eum quem misit  
ille. **D**ixerunt ergo ei. **Q**uid ergo tu fa-  
cis signum. ut uideamus & credamus tibi  
quid operaris. **P**atres nostri manna  
manducauerunt in deserto sicut scriptu  
est. **P**anem de celo dedit eis manducare.  
**D**ixit ergo eis ihc. Amen amen dico uobis.  
non moyses dedit uobis panem de celo.  
sed pater meus dat uobis panem de celo  
uerum. **P**anis enim dei est qui descendit  
de celo. et dat uitam mundo. **D**ixerunt







Sed quia hec locutus sum uobis. tristitia  
impleuit cor uestrum. Sed ego ueritatem  
dico uobis. expedit uobis ut ego uadam.  
Si enim non abiero. paraclytus non ue  
niet ad uos. Si autem abiero. mittam  
eum ad uos. Et cum uenerit. ille ar  
guet mundum de peccato. et de iusticia. &  
de iudicio. De peccato quidem. quia non  
credunt in me. De iusticia uero. quia  
ad patrem uado. et iam non uidebitis me.  
De iudicio autem. quia princeps mundi  
huius iudicatus est. Adhuc multa habeo  
uobis dicere. sed non potestis portare  
modo. Cum autem uenerit ille spiritus  
ueritatis. docebit uos omnem ueritatem.  
Non enim loquetur a semetipso. sed  
quecumque audiet loquetur. Et que  
uentura sunt annuntiabit uobis. Ille  
me clarificauit. quia de meo accipiet.  
et annuntiabit uobis. feria. iiii. Responsum Iohannis  
vi. 12. 90.  
Sequen. sa. Cugli. Scdm. Iohannem.  
nullo temp. **F**acta est questio exdisa

vacat



pulis iohannis cum iudeis depurificatione:  
 et uenerunt ad iohannem. & dixerunt ei.  
**R**abbi. qui erat tecum transiordanen.  
 cui tu testimonium perhibuisti. ecce hic bap-  
 tizat. et omnes ueniunt ad eum. **R**espon-  
 dit iohannes et dixit. Non potest homo  
 accipere quicquam. nisi fuerit ei datum  
 de celo. **I**psi uos michi testimonium perhi-  
 betis quod dixerim. ego non sum xpc. sed  
 quia missus sum ante illum. **Q**ui habet  
 sponsam. sponsus est. **A**micus autem spon-  
 si qui stat et audit eum. gaudio gaudet  
 propter uocem sponsi. **H**oc ergo gaudiū  
 meum impletum est. **I**llum oportet ces-  
 cere. me autem minui. **Q**ui desursum  
 uenit. super omnes est. **Q**ui est de terra  
 de terra est. & de terra loquitur. **Q**ui de  
 celo uenit. supra omnes est. **E**t quod  
 uidit et audiuit hoc testatur. et testimo-  
 nium eius nemo accipit. **Q**ui accipit  
 eius testimonium. signauit quia deus  
 uerax est. **Q**uem enim misit deus. uerba



dei loquitur. Non enim ad mensuram de-  
us dat spiritum. Pater diligit filium!  
et omnia dedit in manu eius. Qui cre-  
dit in filium! habet vitam eternam.  
Qui autem incredulus est filio! non ui-  
debit vitam! sed ira dei manet super eum.

*ffera. Sexta. Eius filij adhuc modi w. su  
vrs. ss*

*vacat*

**S**equenti. *sa. Luighi. scdm. Iohannem.*  
nullo tempore. **D**ixit ihc turbis.  
**E**go lux in mundum ueni! ut om-  
nis qui credit in me in tenebris  
non maneat. **E**t si quis audierit uerba  
mea et non custodierit! ego non iudico  
eum. **N**on enim ueni ut iudicem mun-  
dum! sed ut saluificem mundum. **Q**ui  
spernit me et non accipit uerba mea!  
habet qui iudicet eum. **S**ermo quem lo-  
cutus sum! ille iudicabit eum in nouissi-  
mo die. **Q**uia ego ex me ipso non sum lo-  
cutus! sed qui misit me pater. ipse michi  
mandatum dedit. quid dicam & quid  
loquar. **E**t scio quia mandatum eius



uita eterna est. **Q**ue ergo ego loquor.  
sicut dixit michi pater. sic facio. **Sabbato.**

**Sequen. sa. Luuglii. Scdm. Iohannem.**

nullo temp. **R**espiciens ihc discipulos vacat

suos dixit. Pater sancte serua eos in no-  
mine tuo quos dedisti michi. ut sint unu-

sicut et nos. **Q**um essem cum eis ego ser-

uabam eos in nomine tuo. quos dedisti

michi custodiri. **E**t nemo ex his per-

ibit. nisi filius perditionis. ut scriptura

impleatur. **H**unc autem ad te uenio. et

hec loquor in mundo. ut habeant gaudi-

um meum impletum in semetipsis. **E**go

dedi eis sermonem tuum. et mundus

odio eos habuit. quia non sunt de mundo.

sicut et ego non sum de mundo. **N**on rogo

ut tollas de mundo. sed ut serues eos ex

malo. **Dom. post octauam. pasche.**

**Sequen. sa. Luuglii. Secundum. Iohannem.**

nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**A**men amen dico uobis. si quid petie-

ritis patrem in nomine meo. dabit



uobis. Usque modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite et accipietis: ut gaudium uestrum sit plenum.

**N**ec in proverbis locutus sum uobis.

**V**enit hora cum iam non in proverbis loquar uobis: sed palam de patre annuntiabo uobis. Illo die in nomine meo petetis.

**E**t non dico uobis: quia ego rogabo patrem de uobis. Ipse enim pater amat uos: quia uos me amastis et credidistis. quia ego a deo exiui.

**E**t ueni a patre: et ueni in mundum. Iterum relinquo mundum: et uado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Accede nunc palam loqueris: et proverbium nullum dicit. Hunc scimus quia scis omnia: et non opus est tibi ut quis te interroget.

**I**n hoc credimus: quia a deo existi.

**I**n Letania maiore. Admissam.

**S**equen. sa. Pinguis. Secundum. lucam.

**I**n illo tempore. Dicit ihc discipulis suis.

**Q**uis uestrum habebit amicum: et ibit ad illum media nocte et dicet illi. Au



ce. commoda michi tres panes. quoniam  
 amicus meus uenit deuisa ad me: et non ha-  
 beo quod ponam ante illum. **E**t ille deuisus  
 respondens dicat. **N**oli michi molestus esse:  
 iam ostium clausum est. et pueri mei mecum  
 sunt incubili. non possum surgere et dare  
 tibi. et ille si perseuerauerit pulsans. dico uo-  
 bis. & si non dabit illi surgens eo quod ami-  
 cus eius sit. propter improbitatem tamen  
 eius surget. et dabit illi quot quot habet ne-  
 cessarios. **E**t ego uobis dico. **P**etite et dabi-  
 tur uobis. querite et inuenietis. pulsate et  
 aperietur uobis. **O**mnis enim qui petit acci-  
 pit. & qui querit inuenit. et pulsanti aperi-  
 tur. **Q**uis autem ex uobis patrem petit pa-  
 nem. nunquid lapidem dabit illi. **A**ut pis-  
 cem. nunquid propisce serpentem dabit illi. **A**ut  
 si petierit ouem. nunquid portiger  
 illi scorpionem. **S**i ergo uos cum sitis mali.  
 nostis bona data dare filiis uestris. quanto  
 magis pater uester de celo dabit spiritum bo-  
 num petentibus se. **In uigilia. Ascensionis!**





Sequen. sa. Euangli. Scdm. Iohannem.  
nullo temp. **S**ubleuans ihc oculis in celum  
dixit. **P**ater. uenit hora. clarifica filium  
tuum. ut filius tuus clarificet te. **S**icut de-  
disti ei potestatem omnis carnis. ut omne  
quod dedisti ei. det eis uitam eternam. **H**ec  
est autem uita eterna. ut cognoscant te  
solum uerum deum. et quem misisti ihm  
xpm. **E**go te clarificaui super terram.  
opus consummaui. quod dedisti michi ut fa-  
ciam. **E**t nunc clarifica me tu pater. apud  
te metipsum. claritate quam habui. prius  
quam mundus esset apud te. **M**anifestaui  
nomen tuum hominibus. quos dedisti michi  
de mundo. **T**ui erant. et michi eos dedisti.  
et sermonem tuum seruauerunt. **H**unc  
cognouerunt. quia omnia que dedisti michi  
abste sunt. **Q**uia uerba que dedisti michi  
dedi eis. et ipsi acceperunt et cognouerunt  
uere quia ate exiui. et crediderunt quia tu  
me misisti. **E**go pro eis rogo. non pro mun



do rogo. sed pro his quos dedisti michi. quia  
 tu sunt. **E**t mea omnia tua sunt. et tua  
 mea sunt. et clarificatus sum in eis. **E**t  
 iam non sum in mundo. et hi in mundo sunt.  
 et ego ante uenio. **I**ndie sancto. **A**dmiss. an.  
 sequen. sa. **L**uuglu. **S**candum. **M**arcum.  
 nullo temp. **R**ecumbentibus undecim  
 discipulis. apparuit illis ihc. et exprobrauit  
 incredulitatem illorum et duriciam cordis.  
**Q**uia his qui uiderant eum resurrexisse.  
 non crediderunt. **E**t dixit eis. **E**untes in  
 mundum uniuersum. predicare euange  
 lium omni creature. **Q**ui crediderit et bap  
 tizatus fuerit. saluus **m**erit. **Q**ui uero  
 non crediderit. condemnabitur. **S**igna  
 autem eos qui crediderint. hec sequentur.  
**I**n nomine meo demonia eicient. linguas  
 loquentur nouis serpentes tollent. **E**t  
 si mortiferum quid biberint. non eos  
 nocebit. **S**uper egros manus imponent.  
 et bene habebunt. **E**t dominus quidem **ih**s



postquam locutus est eis. assumptus est in ce-  
lum. et sedit adextera dei. Illi autem profes-  
si. predicauerunt ubique. Domino coope-  
rante. et sermonem confirmante. sequenti-  
bus signis. *FERIA. SEPTIMA.*

*Sequen. sa. Euuglii. Secundum. lucam.*  
nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**E**go mittam promissum patris mei  
in uos uos autem sedete in ciuitate.  
quo ad usque induamini uirtute exalto.

**E**duxit autem eos foras in bethaniam. et  
elevantis manibus suis benedixit eis. **E**t  
factum est dum benediceret illis. recessit  
ab eis. & ferebatur in celum. **E**t ipsi adoran-  
tes. regressi sunt in hierusalem cum gaudio  
magno. **E**t erant semper in templo laudan-  
tes. et benedicentes dominum.

*Dom. + post ascensionem domini.*  
*Sequen. sa. Euuglii. Scdm. Iohannem.*  
nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**Q**um uenerit paraclytus quem ego  
mittam uobis a patre spiritum uerita



nis qui a patre procedit. ille testimonium  
 perhibebit de me. **Et** uos testimonium per  
 hibebitis. quia ab initio mecum estis. **In** ec lo  
 cutus sum uobis. ut non scandalizemini.  
 absque sinagogis facient uos. **Sed** uenit hora.  
 ut omnis qui interficit uos. arbitretur obsequium se  
 prestare deo. **Et** hec facient uobis. quia non  
 nouerunt patrem neque me. **Sed** hec locu  
 tus sum uobis. ut cum uenerit hora eorum  
 reminiscamini. quia ego dixi uobis. **Ma. iiii.**  
**Sequen. sa. Aug. li. Scdm. Iohannem.**  
 nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.  
**S**i manseritis in me et uerba mea in uobis  
 manserint. quodcumque uolueritis pe  
 tens et fiet uobis. **In** hoc clarificatus est pater  
 meus. ut fructum plurimum afferatis. et  
 efficiamini mei discipuli. **Sicut** dilexit me pa  
 ter. et ego dilexi uos. **Manete** in dilectione  
 mea. **Si** precepta mea seruaueritis. manebitis  
 in dilectione mea. sicut et ego patris mei pre  
 cepta seruau. et maneo in eius dilectione.  
**Hec** locutus sum uobis. ut gaudium meum



inuobis sit. Et gaudium uestrum imple  
atur. *Feria. Sexta.*

*Sequen. sa. Euanglii. S. dñi. Iohannem.*  
nullo temp. *D*ixit ihc discipulis suis.

**Q**ui credit in me. non credit in me.  
sed in eum qui misit me. Et qui  
uidet me. uidet eum qui misit  
me. Ego lux inmundum ueni. ut om  
nis qui credit in me in tenebris non ma  
neat. Et si quis audierit uerba mea et  
non custodierit. ego non iudico eum.

Non enim ueni ut iudicem mundum.  
sed ut saluificem mundum. Qui spernit  
me et non accipit uerba mea. habet  
qui iudicet eum. Sermo quem locutus  
sum. ille iudicabit eum in nouissimo die.

Quia ego ex me ipso non sum locutus.  
sed qui misit me pater ipse michi manda  
tum dedit. quid dicam & quid loquar. et  
scio quia mandatum eius. uita eterna est.

Que ergo ego loquor. sicut dixit michi  
pater. sic loquor. *Invigilia. Pentecosten.*



Sequen. sa. Euuiglii. Scdm. Iohannem.

nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**S**i diligitis me. mandata mea seruare.

**E**t ego rogabo patrem. & alium  
paraclytum dabit uobis. **U**t mane-

at uobiscum in eternum. spiritum uerita-  
tis quem mundus non potest accipere.

quia non uidit eum nec scit eum. **U**os

autem cognoscetis eum. quia apud uos  
manebit. et in uobis erit. **N**on relinqua-

uos orphanos. ueniam ad uos. **A**d huc  
modicum. & mundus me iam non uidet.

**U**os autem uidetis me. quia ego uiuo et  
uos uiuetis. **I**n illo die uos cognoscetis

quia ego in patre meo. et uos in me. & ego  
in uobis. **Q**ui habet mandata mea et ser-

uat ea. ille est qui diligit me. **Q**ui au-  
tem diligit me. diligetur a patre meo.

**E**t ego diligam eum. et manifestabo ei  
me ipsum. **I**ndie sancto pentecostes.

Sequencia. sa. Euuiglii. Scdm. Iohannem.

**NILLO TEMPOR E.** Dixit ihc d. s.





quis diligit me? **E**wangelium.  
sermonem meum seruabit. **E**t  
pater meus diliget eum. et ad  
eum ueniemus. & mansionem  
apud eum faciemus. **Q**ui non  
diligit me. sermones meos non seruat.  
**E**t sermonem quem audistis non est  
meus. sed eius qui misit me patris. **H**ec  
locutus sum uobis. apud uos manens.  
**P**araclytus autem spiritus sanctus quem  
mitteret pater in nomine meo. ille uos do  
cebit omnia. et suggeret uobis omnia  
quaecumque dixerit uobis. **P**acem relin  
quo uobis. pacem meam do uobis. Non  
quomodo mundus dat. ego do uobis. Non  
turbetur cor uestrum. neque formidet.  
**A**udistis quia ego dixi uobis. uado et ue  
nio ad uos. **S**i diligeretis me. gauderetis  
utique quia uado ad patrem. **E**t nunc  
dixi uobis priusquam fiat. ut cum fac  
tum fuerit credatis. **N**am non multa lo  
quar uobiscum. **V**enit enim princeps





mundi huius. et in me non habet quicquam.  
 Sed ut cognoscat mundus quia diligo pa-  
 trem. et sicut mandatum dedit michi pa-  
 ter sic facio. **Feria. Secunda. Admissam.**

**Sequen. sa. Luugli. Secundu. Iohannem.**

**nullo temp.** **D**ixit ihc discipulis suis.

**S**ic enim dilexit deus mundum. ut fili-  
 um suum unigenitum daret. ut om-  
 nis qui credit in eum non pereat. sed ha-  
 beat uitam eternam. Non enim misit de-  
 us filium suum in mundum ut iudicet  
 mundum. sed ut saluetur mundus per  
 ipsum. **Q**ui credit in eum. non iudicatur.  
**Q**ui autem non credit. iam iudicatus e.  
 quia non credit in nomine unigeniti filii  
 dei. **H**oc est autem iudicium. quia lux ue-  
 nit in mundum. et dilexerunt homines  
 magis tenebras quam lucem. **Q**uare enim  
 eorum mala opera. **O**mnis enim qui ma-  
 la agit odit lucem. et non uenit ad lucem.  
 ut non arguantur opera eius. **Q**ui autem  
 facit ueritatem uenit ad lucem. ut mani-



festentur opera eius. quia in deo sunt facta.

*Feria. iiii. Ad publicam. Missam.*

*Sequen. sa. Luuglii. Scdm. Iohannem.*

nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**A**men amen dico uobis. qui non intrat  
per ostium in ouile ouium. sed ascen  
dit aliunde. ille fur est & latro. **Q**ui

autem intrat per ostium. pastor est ou  
ium. **H**uius ostiarius aperit. et oues uocem  
eius audiunt. et proprias oues uocat no  
minatim & educit eas. **E**t cum proprias

oues emisit. ante eas uadit. et oues il  
lum secuntur. quia sciunt uocem eius.

**A**lienum autem non secuntur sed fugiunt  
ab eo. quia non nouerunt uocem alienorum.

**H**oc prouerbum dixit eis ihc. **U**lli autem  
non cognouerunt quid loqueretur eis.

**D**ixit ergo eis iterum ihc. **A**men amen  
dico uobis. quia ego sum ostium ouium.

**O**mnes quotquod uenerunt. fures sunt  
et latrones. sed non audierunt eos oues.



Ego sum ostium. Per me si quis introie-  
 rit saluabitur. et ingredietur et egredie-  
 tur. et pasca inueniet. Fur non uenit  
 nisi ut furetur. & mactet et perdat. Ego  
 ueni ut uitam habeant. et abundantius  
 habeant. *Feria. Quarta. Admissam.*  
*Sequen. sa. Luugli. Scdm. Iohannem.*  
 nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.  
**N**emo potest uenire ad me. nisi pater  
 qui misit me traxerit eum. et ego  
 resuscitabo eum in nouissimo die. **E**st scrip-  
 tum in prophetis. erunt omnes docibiles  
 dei. **O**mnis qui audiuit a patre et didicit.  
 uenit ad me. **N**on quia patrem uidit  
 quisquam. nisi is qui est ex deo. hic uidit  
 patrem. **A**men amen dico uobis. qui credit  
 in me habet uitam eternam. **E**go sum  
 panis uite. **P**atres uestri manducauerunt  
 in deserto manna. et mortui sunt. **H**ic est  
 panis de celo descendens. ut si quis ex ipso  
 manducauerit non moriatur. **E**go sum



panis uiuus. qui de celo descendit. Siquis  
manducauerit ex hoc pane. uiuet in eter-  
num. Et panis quem ego dabo caro mea  
est. promundi uita. *Feria Quinta.*

**I** *Sequen. sa. Luugli. Secundum. Lucam.*  
nullo tempore. *Q*on uocatis ihc duodecim  
<sup>aplis</sup> discipulis suis. dedit illis uirtutem et po-  
testatem super omnia demonia. et ut lan-  
guores curarent. Et misit illos predicare  
regnum dei. & sanare infirmos. Et ait ad  
illos. Nichil tuleritis in uia. neque uirgam.  
neque petram. neque panem. neque pecu-  
niam. neque duas tunicas habeatis. Et  
in quacumque domum intraueritis. ibi  
manete. et inde ne exeat. Et quicumque  
non receperint uos. exentes de ciuitate illa.  
etiam puluerem pedum uestrorum exenti-  
te. in testimonium supra illos. *A*gressi  
autem circuibant per castella ewangeli-  
zantes. et curantes ubique. *Feria. vi.*  
*Sequen. sa. Luugli. Secundum. Lucam.*  
nullo tempore. *F*actum est in una dierum.



et <sup>ih̄s</sup> sedebat docens. et erant pharisei se-  
 dentes et legis doctores <sup>sedentes</sup> qui uenerant ex  
 omni castello galilee. & iudee. et hieru-  
 salem. et uirtus erat domini ad sanan-  
 dum eos. **E**t ecce uiri portantes in  
 lecto hominem qui erat paralyticus.  
 et querebant eum inferre. & ponere  
 ante eum. **E**t non inuenientes qua  
 parte illum inferrent preteruiba. ascen-  
 derunt supra tectum. et per tegulas sum-  
 miserunt illum cum lecto in medium  
 ante ih̄m. **Q**uorum fidem ut uidit  
 dixit. **H**omo. remittuntur tibi peccata  
 tua. **E**t ceperunt cogitare scribe & pha-  
 risei dicentes. **Q**uis est hic qui loqui-  
 tur blasphemias. **Q**uis potest dimit-  
 tere peccata nisi solus deus. **U**t cogno-  
 uit autem ih̄s cogitationes eorum.  
 respondens dixit ad illos. **Q**uid cogi-  
 tatis in cordibus uestris. **Q**uid est  
 facilius dicere dimittuntur tibi peccata.



an dicere surge et ambula. **U**t autem  
sciat. quia filius hominis potestatem  
habet in terra dimittere peccata. ait  
paralytico. **T**ibi dico surge tolle lectu-  
tuum. et uade in domum tuam. **E**t  
confestim surgens coram illis. tulit in  
quo iacebat. et abiit in domum suam  
magnificans deum. **E**t stupor apprehen-  
dit omnes et magnificabant deum. **E**t  
repleti sunt omnes timore dicentes. quia  
uidimus mirabilia hodie. **Sabbato.**  
**Sequen. sa. Euangli. Secundum. Lucam.**  
**nullo temp.** **S**urgens ihc de synagoga.  
intrauit in domum symonis. **S**ocrus  
autem symonis tenebatur magnis febr-  
bus. et rogauerunt illum pro ea. **E**t  
stans super illam imperauit febr. et di-  
misit illam. **E**t continuo surgens. mi-  
nistrabat illis. **Q**um sol autem occidisset.  
omnes qui habebant infirmos uariis lan-  
guoribus ducebant illos ad eum. **E**t ille  
singulis manus imponens. curabat eos.



**C**riebant autem demonia amultis. claman-  
 tia et dicencia. quia tu es filius dei.  
**E**t increpans non sinebat ea loqui. quia  
 sciebant ipsum esse xpm. Facta autem  
 die. egressus ibat in desertum locum.  
**E**t turbe requirebant eum. et uenerunt  
 usque ad ipsum. et detinebant illum ne  
 discederet ab eis. **Q**uibus ille ait. Quia  
 et aliis ciuitatibus oportet me ewange-  
 lizare regnum dei. **In oct. Pentecosten.**

*Des Trinitate Ew. 2. Joh. 1.  
 Cu uenit per adit. q. s. r. do.  
 m. ca. ista oct. Ascensio. 93.*



**Sequen. sa. Luugli. Scdm. Iohannem.**  
 nullo temp. **E**rat homo exphariseis  
 nichodemus nomine. princeps iudeorum.  
**H**ic uenit ad ihm nocte. et dixit ei. Rabbi.  
 scimus quia a deo uenisti magister. Hemo  
 enim potest hec signa facere que tu fa-  
 as. nisi fuerit deus cum eo. **R**espondit  
 ihc et dixit ei. Amen amen dico tibi. nisi  
 quis natus fuerit de nouo. non potest uide-  
 re regnum dei. **D**icit ad eum nichode-  
 mus. **Q**uomodo potest homo nasci cu  
 sit **m** senex. **H**umquid potest inuen-





rem matris sue iterum introire & nasci. **R**espondit ihc. Amen amen dico tibi. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu. non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne. caro est. Et quod natum est ex spiritu. spiritus est. Non mireris quia dixi tibi. oportet uos nasci de nouo. Spiritus ubi uult spirat. et uocem eius audis. sed non scis unde ueniat et quo uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit nichodemus. & dicit ei. Quomodo possunt hec fieri. Respondit ihc. et dicit ei. Tu es magister in israhel. et hec ignoras. Amen amen dico tibi. quia quod scimus loquimur. & quod uidimus testamur. et testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi uobis et non creditis. quomodo si dixero uobis celestia credetis. Et nemo ascendit in celum. nisi qui descendit de celo. filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpentem in deserto. ita exaltari oportet

X  
Inflatioe sanguinis  
domini In illo tempore  
Respondes ihesus dixit  
nichodemus Omne  
a me dico tibi



ter filium hominis. Ut omnis qui credit  
in ipso non pereat. sed habeat uitam eter-  
nam. **Domínica. i. post oct. pentecosten.**

**Sequen. sa euanglii. scdm. Lucam.**

**N**ullo temp. **D**ixit dominus ihc <sup>discipulis</sup> suis para-  
bolam hanc. **H**omo quidam erat diues!  
et induebatur purpura et bysso. et epula-  
batur cotidie splendide. **E**t erat quidam  
mendicus nomine lazarus. qui iacebat ad  
ianuam eius ulceribus plenus. cupiens  
sanitati. **T**enuas. que cadebant de mensa  
diuitis. **S**ed et canes ueniebant. et linge-  
bant ulcera eius. **F**actum est autem ut  
moreretur mendicus. et portaretur ab  
angelis insinum abrahe. **M**ortuus est  
autem et diues. et sepultus est in inferno.  
**A**liquis autem oculos suos cum esset in  
tormentis. uidit abraham a longe. et laza-  
rum insinu eius. **E**t ipse clamans dixit.  
**P**ater abraham miserere mei. et mitte  
lazarium ut intingat extremum digiti  
sui in aqua. ut refrigeret linguam meam.

In festo Corporis Xpi.  
Eius in Jobez. Caro  
mea uere est caro te. que i  
fide ha lib. 194.  
Dicit ista Octaua eide  
festi Eius in Jobez. Am  
qm dico uo. m. madu-  
que et aca fies 194.

Et nemo illi dabat.



quia crucior in hac flamma. Et dixit illi ab  
raham. Fili. recordare quia recepisti bo  
na inuita tua. & lazarus similiter mala.  
Hunc autem hic consolatur. tu uero cruci  
aris. Et in his omnibus inter uos & uos  
chaos magnum firmatum est. ut hi qui  
uolunt hinc transire ad uos non possint.  
neque inde huc transire. Et ait. Ro  
go ergo te pater. ut mittas eum in domum  
patris mei. Habeo enim quinque fratres.  
ut testetur illis. ne et ipsi ueniant in locum  
hunc tormentorum. Et ait illi abraham.  
Habeo moysen et prophetas. audiant il  
los. At ille dixit. Non pater abraham. sed  
si quis ex mortuis uerit ad eos penitentiam  
agent. Ait autem illi. Si moysen et pro  
phetas non audiunt. neque si quis ex mor  
tuis resurrexerit credent. *feria. iiii.*  
*sequen. sa. euanglii. secundum. lucam.*  
*nullo temp.* Dixit ihc discipulis suis.  
**Q**um autem inducent uos in synago  
gas. et ad magistratus & potestates.



nolite solliciti esse qualiter aut quid respon  
deatis. aut quid dicatis. Spiritus enim sc̄s  
docebit uos in ipsa hora. que oporteat di  
cere. **A**it autem ei quidam de uerba. **M**a  
gister. dic fratri meo. ut diuidat mecum  
hereditatem. **A**t ille dixit ei. **H**omo. quis  
me constituit iudicem aut diuisorem sup  
uos. **D**ixitque ad illos. **U**idete et caue  
te ab omni auaricia. **Q**uia non in abun  
dancia cuiusquam uita eius est. ex his que  
possidet. **D**ixit autem similitudinem ad  
illos dicens. **H**ominis cuiusdam diuitis  
uberes fructus ager attulit. et cogitabat  
intra se dicens. **Q**uid faciam quod non  
habeo quo congregem fructus meos. **E**t  
dixit. **N**oc faciam. **D**estruam horrea  
mea et maiora faciam. et illuc congrega  
bo omnia que nata sunt michi. et bona  
mea. & dicam anime mee. **A**nima. habes  
multa bona posita in annos plurimos.  
requiesce. comede. bibe. epulare. **D**ixit  
autem illi deus. **S**tolte. hac nocte anima



manu repetunt atque quae autem parasti  
aius erunt. Sic est qui sibi thesaurizat.  
et non est in dieum diues. **Feria. vi.** Evangelium Lucae Imperator  
et veniant per  
**Sequencia sancti Evangelii. Secundum Lucam.**  
nullo tempore. **A**ccesserunt quidam sa-  
duceorum qui negant esse resurrectio-  
nem et interrogaverunt eum dicentes.  
**M**agister. moyses scripsit nobis si frater  
alicuius mortuus fuerit. ut accipiat eam  
frater eius uxorem. et suscitet semen fra-  
tri suo. **S**eptem ergo fratres erant. et pri-  
mus accepit uxorem. et mortuus est sine  
filio. **A**t sequens accepit illam. et ipse  
mortuus est sine filio. **A**t tertius accepit  
illam. similiter et omnes septem. et non re-  
liquerunt semen. et mortui sunt. **A**postissi-  
me omnium. mortua est et mulier. **I**n re-  
surrectione ergo. cuius eorum erit uxor.  
**S**iquidem septem habuerunt eam uxorem.  
**A**t illis ihesus. **F**ilii seculi huius nubunt. et  
traduntur ad nuptias. **I**lli uero qui digni  
habebuntur seculo illo. et resurrectione ex-

vaat

+  
habent uxorem?  
hic sine filio  
facit. ut acci-



mortuis. neque nubunt. neque ducunt  
 uxores. neque enim ultra mori poterunt.  
**A**quales enim angelis sunt. et filii sunt  
 dei. cum sint filii resurrectionis. **Q**uia ue-  
 ro resurgant mortui. et moyses ostendit  
 secus rubum. sicut dicit dominum deum ab-  
 raham. et deum ysaac et deum iacob. **D**eus  
 autem non est mortuorum sed uiuorum.  
**O**mnes enim uiuunt ei. **R**espondentes au-  
 tem quidam scribarum dixerunt. **M**agister.  
 benedixisti. **E**t amplius non audiebant  
 eum. quicquam interrogare. **Dom. 11.**  
**Sequen. sa. Euanglij. Secundum. lucam.**  
 nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis <sup>parabola</sup>  
 hanc. **¶** **H**omo qui  
 dam fecit cenam magnam. et uocauit mul-  
 tos. et misit seruum suum hora cene dicere  
 inuitatis ut uenirent. quia iam parata  
 sunt omnia. **E**t ceperunt simul omnes  
 excusare. **P**rimus dixit illi. **U**illam enim  
 et necesse habeo exire et uidere illam. **R**o-  
 go te. habe me excusatum. **E**t alter dixit.



Luga bouum emi quinque: et eo probare illa.  
Rogo te: habe me excusatum. Et alius  
dixit. uxorem dixi: et ideo non possum  
uenire. Et reuersus seruus: nuntiavit  
hec domino suo. Tunc iratus pater familias:  
dixit seruo suo. **Q**ui cito implereas et uicos  
ciuitatis: et pauperes ac debiles. & cecos et  
claudos introduce huc. Et ait seruus. Do-  
mine: factum est ut imperasti: et adhuc lo-  
cus est. Et ait dominus seruo. **Q**ui iuuas  
et sepes: et compelle intrare: ut impleatur  
domus mea. **D**ico autem uobis: quod ne-  
mo unorum illorum qui uocati sunt: gus-  
tabit cenam meam. **Feria. Quarta.**  
**Sequen. sa. l. iij. O** Secundum. Matheum.  
nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

Ex m h le 27  
Luci. Accede  
tes xij ad ihc  
dixit e s h  
Vid. Magale  
impfite. 103

Vacat

**N**olite putare: quoniam ueni soluere:  
legem aut prophetas. Non ueni sol-  
uere sed adimplere. Amen quippe dico uo-  
bis: donec transeat celum et terra: iota unum  
aut unus apex non preteribit a lege: donec  
omnia fiant. **Q**ui ergo soluerit unum



temandatis istis minibus. et docuerit sic  
homines. minimus uocabitur in regno celoz.

Cui autem fecerit et docuerit. hic magnus  
uocabitur in regno celorum. **Feria. vi.**

**Sequenti. scilicet. Evangelii. Secundum. lucam**

nullo tempore. **D**ixit ihc discipulis suis.

Impossibile est. ut non ueniant scandala.

**N**ec autem illi per quem ueniunt. Tali  
lus est illi si lapis molaris imponatur cir  
ca collum eius. et proiciatur in mare. qua  
ut scandalizet unum de pusillis istis. Adten  
dite uobis. si peccauerit frater tuus in te  
pa illum. & si penitentiam egerit dimitte  
illi. **A**t si sepius indie peccauerit in te. et  
sepius indie conuersus fuerit ad te dicens.  
penite me. dimitte illi. **A**t dixerunt apos  
toli domino. Adauge nobis fidem. **D**ixit au  
tem dominus. Si habueritis fidem sicut gra  
num sinapis. diceretis hunc arborem moro  
eradicare et transplantare in mare. et obe  
diat uobis. **Q**uis autem uestrum habens  
seruum. arantem aut pascentem. qui re

*Evangelii. Lucam hie le. 2. m. i. pressu  
discipule. Dixit ad ihz. vix cui no  
men Jauz & ipe princeps. 103.*

*vacat*





gresso de agro dicit illi statim. Transi re-  
cumbere: et non dicit ei para quod cenem?  
& precinge te: et ministra michi donec  
manducem & bibam: et post hec tu man-  
ducabis et bibes. Numquid gratiam ha-  
bet seruo illi. quia fecit que ei imperaue-  
rat. Non puto. Sic et uos cum feceritis  
omnia que precepta sunt uobis: dicitate serui  
inutiles sumus: quod debuimus facere fe-  
cimus.

**Dom. iii. Post. oct. Pentecosten.**  
**Sequen. sa. Euanglii. Secundum. lucam.**



in illo tempore. Erant appropinquantes  
ad ihm publicani & peccatores: ut audi-  
rent illum. Et murmurabant pharisei  
& scribe dicentes. Quia hic peccatores  
recipit: et manducat cum illis. Et ait  
ad illos parabolam istam dicens. Quis  
ex uobis homo qui habet centum oues: et  
si perdidit unam ex illis. nonne dimittit  
nonaginta nouem in deserto: & uadit ad  
illam que perierat donec inueniat illam?  
Et cum inuenierit eam: imponit mune-



ros suos gaudens. **E**t ueniens domum!  
 conuocat amicos et uicinos dicens illis.  
**C**ongratulamini michi! quia inueni  
 ouem meam que perierat. **D**ico uobis!  
 quod ita gaudium erit <sup>(in celo)</sup> super uno pecca  
 tore penitentiam agente: <sup>vixit huc feria 4<sup>o</sup></sup> quam super  
 nonaginta nouem iustis! qui non indi  
 gent penitentia. **A**ut que mulier habens  
 dragmas decem! si perdidit dragmam  
 unam! nonne accendit lucernam et  
 euertit domum. et querit diligenter do  
 nec inueniat. **E**t cum inuenerit!  
 conuocat amicas et uicinas dicens. **C**on  
 gratulamini michi! quia inueni drag  
 mam quam perdideram. **I**ta dico uobis!  
 gaudium erit coram angelis dei. super  
 uno peccatore penitentiam agente.

**F**eria. **Q**uarta. <sup>Evangelii Matthei. Esto gressus aduersus tuos ioy</sup>  
**S**equenti. **S**ancti. **L**uugli. **S**edm. **L**uc. **III.**  
 in illo tempore. **A**ccedentes discipuli ad  
 ihm. dixerunt illi. **D**imitte turbas  
 ut euntes in castella uillasque que circa



sunt diuertant. et inueniant escas. quia  
hic in loco deserto sumus. **A**it autem ad illos.  
**V**os date illis manducare. **A**t illi dixerunt.  
**N**on sunt nobis plusquam quinque pa-  
nes et duo pisces. nisi forte nos eamus. et  
emamus in omnem hanc turbam escas.  
**E**rant autem fere uiginti quinque mi-  
lia. **A**it autem ad discipulos suos. **F**acite  
illos discumbere per conuiuia quinquage-  
nos. **E**t ita fecerunt. et discubuerunt  
omnes. **A**ceptis autem quinque panibus  
et duobus piscibus respexit in celum. et be-  
nedixit illos. et fregit. et distribuit discipu-  
lis suis ut ponerent ante turbas. **E**t man-  
ducauerunt omnes. et saturati sunt.  
**F**eria. vi. **S**equen. sa. **L**uug. **S**cdm. **L**ucan.  
nullo temp. **V**enit ad ihm uir cui no-  
men layrus. et ipse princeps synagoge  
erat. **E**t cecidit ad pedes ihu. rogans eum  
ut miraret in domum eius. quia filia uni-  
ca erat illi fere annorum duodecim. et hec  
moriebatur. **E**t contigit dum uer. atur

Ev. 21. Mat.  
Accersit ad  
Ihu p. p. p. p.  
reptat res eu  
+ dicentes p. h.  
v. e. p. p. p.  
G. n. a. e.

Vacat.



bis comprimebatur. **E**t mulier quedam  
 erat influxu sanguinis ab annis duode-  
 cim. que in medicos erogauerat omnem  
 substantiam suam. nec ab ullo potuit ci-  
 rari. Accessit retro et tetigit fimbriam  
 uestimenti eius. & confestim stetit fluxus  
 sanguinis eius. **E**t ait ih̄c. Quis est qui  
 me tetigit. **R**egantibus autem omnibus.  
 dixit petrus et qui cum illo erant. **P**recep-  
 tor. turbate comprimunt et affligunt et  
 dias quis me tetigit. **E**t dixit ih̄c. Tetigit  
 me aliquis. **H**am ego noui uirtutem de  
 me exisse. **V**idens autem mulier quia non  
 latuit. tremens uenit et procidit ante pedes  
 illius. & obquam causam tetigerit eum indi-  
 cauit coram omni populo. et quemadmodum  
 confestim sanata sit. **A**t ipse dixit illi. **F**ilia.  
 fides tua te saluam fecit. uade in pace. **A**d  
 huc illo loquente. uenit quidam ad prin-  
 cipem synagoge dicens ei. **Q**uia mortua est  
 filia tua. noli uerare illum. **I**h̄c autem au-  
 dito hoc uerbo. respondit patri puellae. **N**oli



timere. **C**rede tantum! et salua erit.  
**E**t cum uenisset domum! non permisit  
intrare secum quemquam! nisi petrum  
et iacobum & iohannem. et patrem et  
matrem puella: **F**lebant autem omnes!  
& plangebant illam. **E**t ille dixit. **N**olite  
flere. **N**on est mortua sed dormit. **E**t  
deridebant eum! scientes quia mortua  
esset. **I**pse autem tenens manum eius!  
clamauit dicens. **P**uellam surge. **E**t re  
uersus est spiritus eius! et surrexit conti  
nuo! et iussit illi dari manducare. **E**t  
stupuerunt parentes eius. **Q**uibus pre  
cepit ne alicui dicerent quod factum erat.

**S**abbato.

*Vacat*  
**S**equen. sa. **E**uangelii. **S**ecundum. **M**atheum.  
nullo temp. **E**t egrediente ihu ab hiericho!  
secuta est eum turba multa. **E**t ecce duo  
ceci sedentes secus uiam! audierunt quia  
ihc transiret! et clamauerunt dicentes.  
**D**omine! miserere nostri fili dauid.



Turba autem increpabat eos ut tacerent.

At illi magis ac magis clamabant. dicen-  
tes. Domine. miserere nostri fili dauid.

Et stetit ihc. et uocauit eos et ait. Quid  
iultis ut faciam uobis.

Dicunt illi. Domine. ut aperiantur oculi nostri.

Miseratus autem eorum ihc. tetigit oca-  
los eorum. Et confestim uiderunt. et

secuti sunt eum. *Dom. iiii. post oct. pent.*

*Sequen. sa. lugli. Secundum. Lucam.*

nullo temp. Dixit ihc discipulis suis.

**H**abete ergo misericordes. sicut et pa-  
ter uester misericors est. Nolite

iudicare. et non iudicabimini. Nolite

condempnare. et non condempnabimini.

Dimittite. et dimittentur. Date. et

dabitur uobis. Mensuram bonam et

confertam et coagitatam et super effluen-  
tem. dabunt insinum uestrum. Eadem

uero mensura qua mensi fueritis. reme-  
tietur uobis. Dicebat autem illis et simili-

tudinem. Nunquid potest caecus caecum

conducere. nisi prius non sit ipse caecus.

Et ait ihc. et ait illis. Nunc uos con-

ducite. et non cadetis in scilicet. Et ait ihc.

et ait illis. Nunc uos con-

ducite. et non cadetis in scilicet. Et ait ihc.

et ait illis. Nunc uos con-

ducite. et non cadetis in scilicet. Et ait ihc.

et ait illis. Nunc uos con-

ducite. et non cadetis in scilicet. Et ait ihc.

et ait illis. Nunc uos con-

ducite. et non cadetis in scilicet. Et ait ihc.

et ait illis. Nunc uos con-

ducite. et non cadetis in scilicet. Et ait ihc.



ducere. nonne ambo in foueam cadunt.  
Non est discipulus super magistrum.  
**P**erfectus autem omnis erit. si sit sicut  
magister eius. **Q**uid autem uides festu-  
cam in oculo fratris tui. trabem autem  
que in oculo tuo est non consideras. Aut  
quomodo poteris dicere fratri tuo. frater.  
sine etiam festucam de oculo tuo. ipse in  
oculo tuo trabem non uidens. **H**ypocri-  
ta. eice primum trabem de oculo tuo. et  
tunc perspicias ut educaas festucam de oculo  
fratris tui. **Terza. Quarta.**  
**Sequen. sa. Luuglu. Scdm. Mathem.**  
nullo temp. **D**ocebat ihc discipulos suos  
dicens. **N**on conuencias aduersario tuo  
ato. dum es in uia cum eo. Ne forte tra-  
dat te aduersarius iudici. et iudex tradat  
te ministro. et in carcerem mittaris. **A**u-  
dico tibi. non eris inde. donec reddas no-  
uissimum quadrāntem. **A**udistis quia  
dictum est antiquis. non mechaberis.  
**E**go autem dico uobis. **Q**uoniam omnis

Evij 7. Ma.  
Cu uessz  
Ihs t rplz  
accesserit  
ad eu p rca  
sacdo. p r  
dissa e ipress

vacat



qui uiderit mulierem ad concupiscendum  
eam. iam mechatus est eam in corde suo.

Quod si oculus tuus dexter scandalizat te.  
erue eum et proice abste.

Impedit enim  
tibi ut pereat unum membrorum tuorum.  
quam totum corpus tuum mittatur in ge-

hennam. Et si dextera manus tua scan-  
dalizat te. abscede eam. & proice abste.

Impedit enim tibi ut pereat unum mem-  
brorum tuorum. quam totum corpus

tuum. eat in gehennam. **Feria. vi.**

Evj. J. Marth. Interrogauit Jhs. discip.  
di. Quid ergo stube dicit. Quid. Quid. Quid.

**Sequenti. sa. Luagli. Secundum. Marcum.**  
In illo tempore. Introiit ihc hierosolimam

vacat

intemplum. et circumspexit omnibus  
cum iam uespera esset hora. exiit in be-

thaniam cum duodecim. Et alia die cu-  
exirent abethania esuriit. Numque in-

disset alonge ficum habentem folia. uenit  
siquid forte inueniret in ea. Et cum

uenisset ad eam. nichil inuenit preter  
folia. Non enim erat tempus ficorum.  
Et respondens dixit ei. Iam non ampli-



us in eternum quisquam fructum ex  
manducet. **E**t audiebant discipuli eius.  
**E**t ueniunt hierosolimam. **E**t cum in  
troisset templum. cepit eicere uendentes  
et ementes in templo. et mensas nummo  
latorum. et cathedras uendendum co  
lumbas euertit. **E**t non sinebat ut  
quisquam transferret uas per templum.  
et docebat dicens eis. Non scriptum est.  
quia domus mea domus orationis uoca  
bitur. omnibus gentibus. **N**os autem  
fecistis eam speluncam latronum. **Q**uo  
audito principes sacerdotum et scribe.  
queriebant quomodo eum perderent.  
**T**imebant enim eum. quoniam uniuersa  
turba admirabatur super doctrinam eius.  
**E**t cum uespera facta esset. egrediebatur  
de ciuitate. **E**t cum mane transirent. uide  
runt ficum aridam factam aradiabus.  
**E**t recordatus petrus. dixit ei. **R**abbi.  
ecce ficus cui maledixisti aruit. **E**t res  
pondens ihc. ait illis. **H**abete fidem dei.



Amen dico uobis! quia quicumque dixerit huic monti tollere et mittere in mare! et non hesitauerit in corde suo sed crediderit! quia quodcumque dixerit fiat! fiet ei. *Dom. v. post oct. Pentecosten.*

*Sequen. sa. Euangli. Scandum. Lucam.*  
 nullo tempore! **Q**um turbe conuerterent in ihm. ut audirent uerbum dei! et ipse stabat secus stagnum gennesareth! et uidit duas naues stantes secus stagnum. **P**iscatores autem descenderant! & lauebant reia. **A**scendens autem in unam nauim. que erat symonis! rogauit eum a terra reducere pusillum. et sedens docebat de nauicula turbas. **U**t cessauit autem loqui! dixit ad symonem. **D**uc in altum! & laxate reia uestra in capturam. **E**t respondens symon! dixit illi. **P**receptor! per totam noctem laborantes nichil cepimus! in uerbo autem tuo laxabo rete. **E**t cum hoc fecissent! concluderunt piscum multitudinem copiosam. **R**umpeba



481  
tur autem rete eorum. Et annuerunt  
sociis qui erant in alia nauis: ut uenirent  
et adiuuarent eos. Et uenerunt & imple  
uerunt ambas nauiculas: ita ut merge  
rentur. Quod cum uideret symon petrus:  
procidit ad genua ihu dicens. **Exi** a me:  
quia homo peccator sum domine. Sciebat  
enim circumdederat eum: et omnes qui  
cum illo erant incaptura piscium quam  
ceperant. Similiter autem iacobum et io  
hannem filios zebedei: qui erant <sup>loci</sup> symonis.  
Et ait ad symonem ihc. **Noli** timere: ex  
hoc iam homines eris capiens. Et sub  
ductis ad certam nauibus: relictis omni  
bus. secuti sunt illum. **Feria. Quarta.**

**R**espondens ihc dixit. **Confiteor** tibi pater.  
Exultauit ihc spu sco & dixit Confiteor tibi pater &c. 14.

**Require** Indicia. v. post epiph. **Feria. vi.**

**I**sequen. sa. **Luigi.** **Secundum. Marcum.**  
Lucia  
nullo temp. **O**fferiebant <sup>ad</sup> ihu <sup>pueros</sup> paruulos  
ut tangeret eos. ad **Discipuli** autem cu **conmu**  
cuuocatis ullos dixit **nabantur** offerentibus. **Quos** pueros **enim** **uidisti**  
**ihc:** **indigne** **tulit.** **et** **ait** **illis.** **Smite** **par**



uilos uenire ad me. <sup>nolite eos retinere</sup> et ne prohibueritis  
 eos. <sup>di</sup> Talium est enim regnum celorum.  
 Amen dico uobis. <sup>quis nō accepit r d.</sup> quisquis non receperit  
 regnum dei <sup>ne puer</sup> uelut paruulus. non intrabit  
 in illud. Et complerans eos. et imponens  
 manus super illos. benedicebat eos.

**D**omi. vi. post oct. Pentecosten.

Sequen. scā. Luugli. Scdm. Mattheum.

in illo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**A**men dico uobis. quia nisi abundauerit  
 iusticia uestra plusquam scribarū  
 et phariseorum. non intrabitis in regnū  
 celorum. Audistis quia dictum est antiquis.  
 non occides. **Q**ui autem occiderit. reus  
 erit iudicio. **E**go autem dico uobis.

**Q**uia omnis qui irascitur fratri suo.  
 reus erit iudicio. **Q**ui autem dixerit fra-  
 tri suo racha. reus erit concilio. **Q**ui autē  
 dixerit fatuo. reus erit gehennae ignis.

**S**i ergo offers munus tuum ad altare. &  
 ibi recordatus fueris quia frater tuus ha-  
 bet aliquid aduersum te. relinque ibi



munus tuum ante altare. et uade prius  
reconciliari fratri tuo. Et tunc ueniens.  
offeres munus tuum. *Feria. Quarta.*

*Sequen. sa. Euangli. Secundum. Marcum.*  
nullo temp. **Q**uoniam egressus esset ihc in

uia. procurrrens quidam genu flexo ante  
eum. rogabat eum. Magister bone. quid  
faciam ut uitam eternam percipiam.

**I**hc autem dixit ei. Quid me dicas bonum.  
nemo bonus nisi unus deus. Precepta nosti.  
ne adulteres. ne occidas. ne fureris. ne fal  
sum testimonium dixeris. ne fraudem fece  
ris. honora patrem tuum & matrem. At ille

respondens. ait illi. Magister. omnia hec  
obseruaui a iuente mea. **I**hc autem intu  
tus eum. dilexit eum. & dixit illi. Animum  
tibi de est. Uade quecumque habes uende

et da pauperibus. & habebis thesaurum  
in celo. et ueni sequere me. *Feria. vi.*

*Sequen. sa. Euangli. Secundum. Marcum.*  
nullo temp. **Q**uierunt pharisei. et cepe  
runt conquirere eum ihu. querentes ab illo



signum de celo temptantes eum. **E**t inge-  
 miscent spiritui ait. **Q**uid generatio ista  
 querit signum. **A**men dico uobis. si dabi-  
 tur generationi ista signum. **E**t dimittens  
 eos ascendens iterum nauem. abiit trans-  
 fretum. **E**t obliti sunt sumere panes. et  
 nisi unum panem non habebant secum in  
 nau. **E**t precebat eis dicens. **A**idete ca-  
 uete a fermento phariseorum. & fermento  
 herodis. **E**t cogitabant ad alterutrum  
 dicentes. quia panes non habemus. **Q**uo  
 cogito ihc ait illis. **Q**uid cogitatis quia  
 panes non habetis. **N**on diu cognoscatis  
 nec intelligitis. adhuc cecatum habetis cor-  
 uestrum. **O**culos habentes non uidens.  
 et aures habentes non auditis. nec recorda-  
 mini quando quinque panes fregi in quin-  
 que milia. et quod cophinos fragmentorum  
 plenos sustulistis. **D**icunt ei. **D**uo de-  
 am. **Q**uando et septem panes in quatuor  
 milia. quod sportas fragmentorum tulis-  
 tis. **E**t dicunt ei. **S**eptem. **E**t dicebat



eis. **Q**uomodo non dum intelligitis. **E**t ueniunt bethsaida. et adducunt ei  
caecum. et rogabant eum ut illum tange-  
ret. **E**t apprehensa manu caeci. eduxit eu-  
m extra uiam. et expuens in oculos eius. in-  
positis manibus suis. interrogauit eum  
si aliquid uideret. **E**t aspiciens ait. **U**ideo  
homines uelut arbores ambulantes. **D**e-  
inde iterum inposuit manus super oculos  
eius. et cepit uidere. et restitutus est. ita ut  
**n**on uideret clare omnia. **E**t misit illum.  
**n**on in domum suam. **Dom. vii.**  
**S**equen. sa. Luugi. Secundum. Marcum.  
nullo temp. **Q**um turba multa esset  
cum ihu. nec haberent quod manducarent.  
conuocatis discipulis. ait illis. **M**isereor  
super turbam. quia ecce iam triduo susti-  
nent me. nec habent quod manducant.  
**E**t si dimisero eos ieiunos in domum sua.  
deficiant in uia. **Q**uidam enim ex eis de  
longe uenerunt. **E**t responderunt ei dis-  
cipuli sui. **U**nde istos poterit quis hic sa-



mirare panibus insolitudine. **E**t inter  
rogauit eos. **Q**uod panes habetis. **Q**ui  
dixerunt. **S**eptem. **E**t precepit turbe dis-  
cumbere super terram. **E**t accipiens  
septem panes. gratias agens. fregit et da-  
bat discipulis suis ut apponerent. et appo-  
suerunt turbe. **E**t habebant pisciculos  
paucos. et ipsos benedixit. & iussit apponi.  
**E**t manducauerunt. et saturati sunt.  
**E**t sustulerunt quod superauerat de frag-  
mentis. septem sportas. **E**rant autem  
qui manducauerunt. quasi quatuor milia.  
et dimisit eos. **F**eria. **Q**uarta.

**S**equen. **S**an. **L**uugli. **S**edm. **M**atheum.  
nullo temp. **A**ccesserunt ad ihm pha-  
risei et saducei temptantes. et rogauerunt  
eum ut signum de celo ostenderet eis. **A**t  
ille respondens. ait eis. **F**acto uespere. dica-  
tis. serenum erit. **r**ubicundum est enim  
celum. et mane. **H**odie tempestas. **r**utilat  
enim triste celum. **F**aciem ergo celi diuidi-  
care nostis. **s**igna autem temporum non



scire

potestis. Generatio mala et adultera signum querit. et signum non dabitur ei. nisi signum iohannis. Et relictis illis abiit. Et cum uenissent discipuli eius transstratum. obliu sunt panes accipere. Qui dixit illis. Intuemini et caueate a fermento phariseorum et saduceorum. Et illi cogitabant intra se dicentes. quia panes non accepimus. Sciens autem ihesus dixit. Quid cogitatis inter uos modice fidei. quia panes non habetis. Non dum intelligitis neque recordamini quinque panum. et quinque milia hominum. et quod copiosius nos sumpsistis. Quare non intelligitis. quia non de pane dixi uobis. caueate a fermento phariseorum et saduceorum. Tunc intellexerunt quia non dixit cauendum a fermento panum. sed a doctrina phariseorum. et saduceorum. **Feria. vi.**  
**Sequen. sa. Luugli. Secundum. Lucam.**  
**I**n illo tempore. Descendente ihesu de monte cum discipulis suis. occurrit illi turba



multa. **E**t ecce uir de turba. exclamauit  
 dicens. **M**agister. obsecro te respice in filium  
 meum. quia unicus est michi. **E**t ecce  
 spiritus apprehendit illum. et subito cla-  
 mat. et elidit e. dissipat eum cum spuma.  
 et uix discedit dilanians eum. **E**t rogauit  
 discipulos tuos ut eicerent illum. et non  
 potuerunt. **R**espondens autem ihc dixit.  
**O** generatio infidelis et peruersa. **U**sque  
 quo ero apud uos et patiar uos. **A**dduc huc  
 filium tuum. **E**t cum accederet. elisit illu  
 demonium. et dissipauit. **E**t increpauit  
 ihc spiritum immundum. et sanauit pue-  
 rum. et reddidit illum patri eius. **Sabb'o.**  
**Sequen. sa. Luuglii. Scdm. Matheum.**  
 nullo temp. **A**ccedens ad ihm quidam.  
 ait illi. **M**agister bone. quid boni faciam.  
 ut habeam uitam eternam. **Q**ui dixit ei.  
**Q**uid me interrogas de bono. **U**nus est  
 bonus deus. **S**i autem uis ad uitam ingredi.  
 serua mandata. **D**ixit illi. **Q**ue. **I**hc au-  
 tem dixit. **N**on hominadum facies. non ad



ulterabis. non facies furtum. non falsum  
testimonium dices. honora patrem et ma-  
trem. et diliges proximum tuum sicut te-  
ipsum. Dicit illi adolescens. Omnia hec  
custodiu? quid adhuc michi de est. Aut illi  
ihc. Si uis perfectus esse. uade uende que ha-  
bes et da pauperibus. et habebis thesaurum  
in celo. et ueni sequere me. **Dom. viii.**

**Sequit. sa. Luuglii. Scdm. Matheum.**  
nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**A**ttendite a fallis prophetis qui ueniunt  
aduos inuestimentis ouium. in trise-  
cus autem sunt lupi rapaces. A fructi-  
bus eorum cognoscetis eos. Nunquid colli-  
gunt ~~despitis uitas~~ ~~aut~~ ~~geribulis~~ ficus. et  
sic omnis arbor bona. fructus bonos facit.  
Mala autem arbor. fructus malos facit.  
Non potest arbor bona fructus malos fa-  
cere. neque arbor mala fructus bonos face-  
re. Omnis arbor que non facit fructum  
bonum. excidetur et in ignem mittetur.  
Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.



Non omnis qui dicit michi domine domi-  
 ne. intrabit in regnum celorum. Sed qui  
 facit uoluntatem patris mei qui in celis est.  
 ipse intrabit in regnum celorum. **Feria. iij.**  
**Sequen. sa. Euu. glu. Secundum. lucam.**  
**N**ullo tempore! **Q**um egressus esset ihc dena-  
 m ad terram. occurrit illi uir quidam qui  
 habebat demonium iam temporibus multis.  
 et uestimento non induebatur. neque in do-  
 mo manebat sed in monumentis. **I**s ut ui-  
 dit ihm. proadit ante illum. et exclamans  
 uoce magna dixit. **Q**uid michi et tibi est ihu  
 fili dei altissimi. **O**bsecto te ne me torqueas.  
**P**recipiebat enim spiritui immundo. ut exiret  
 ab homine. **M**ultas enim temporibus arripie-  
 bat illum. et uincebatur cathenis et compe-  
 dibus custoditus. et ruptis uinculis agebatur  
 a demonio in deserto. **I**nterrogauit autem  
 illum ihc dicens. **Q**uod tibi nomen est. **A**t  
 ille dixit. **L**egio. **Q**uia intrauerant demo-  
 nia multa in eum. **E**t rogabant illum ne  
 imperaret illis. ut in abyssum irent. **G**rat





autem ibi grex porcorum multorum pas-  
cencium in monte. et rogabant eum ut per-  
mitteret eis in illos ingredi. Et permisit  
illis. Exierunt ergo demonia ab homine.  
et intrauerunt in porcos. Et impetu abiit  
grex per precipitium in stagnum. et suffocatus  
est. Quod ut uiderunt factum. qui pasce-  
bant fugerunt. Et nunciauerunt in ciui-  
tatem & in uillas. Exierunt autem uidere  
quod factum est. et uenerunt ad ihm. et in-  
uenerunt hominem sedentem a quo demonia  
exierant. uestitum. ac sana mente ad pedes  
eius. & timuerunt. Hunc uiderunt autem  
illis et qui uiderant. quomodo sanus factus  
esset a legione. Et rogauerunt illum omnis  
multitudo regionis gerasenorum ut discede-  
ret ab ipsis. quia timore magno tenebantur.  
Ipse autem ascendens nauem. reuersus est.  
Et rogabant illum uiri a quo demonia exie-  
rant. ut cum eo esset. Dimisit autem eum  
ihc dicens. Redi domum tuam. et narra  
quanta tibi fecit deus. Et abiit per uniuersa



sani ciuitatem predicans. quanta illis fe-  
cisset deus. **Feria. vi.** **Euangelium.**

**A**ccedens ad ihm quidam. **Requite ante**  
**tertio folio. Sabbato. Dom. viii.**

**Sequen. sa. Euangli. Secundum. lucam.**  
nullo tempore. **D**ixit ihc discipulis suis.

**H**omo quidam erat diues qui habebat  
uillam. et hic diffamatus est apud  
illum. quasi dissipasset bona ipsius.

**E**t uocauit illum. et ait illi. **Q**uid hoc  
audio dete. **R**edde rationem uillatio-  
nis tue. **I**am enim non poteris uillicare.

**A**it autem uillicus intra se. **Q**uid fac-  
iam quia dominus meus aufert a me uilli-  
cationem. **F**odere non ualeo. mendica-  
re erubesco. scio quid faciam. **U**t cum  
amotus fuerit a uillicatione. recipiant  
me in domibus suis. **C**onuoctatis itaque  
singulis debitoribus domini sui. dicebat  
primo. **Q**uantum debes domino meo.  
**A**t ille dixit. **M**entum cadis olei. **D**ixit  
que illi. **A**ccepe cautionem tuam. et sede



aito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Cui uero quantum debes? Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas. et scribe octoginta. Et laudauit dominus uillicum iniquitatis. quia prudenter fecisset. quia filii huius seculi prudentiores filii lucis in generatione sua sunt. Et ego uobis dico. Facite uobis amicos de mona iniquitatis. ut cum defeceritis recipiant uos in eterna tabernacula. *f.eria. iiii.*  
*Sequen. sa. Euuag. Scdm. Matheum.*  
nullo tempore. **U**espere autem facto. accesserunt ad eum discipuli eius dicentes. Desertus est locus. et hora iam preterit. **D**imitte turbas. ut euntes in castella. emant sibi escas. **I**hesus autem dixit eis. Non habent necesse ue. date illis uos manducare. **R**esponderunt ei. Non habemus hic. nisi quinque panes et duos pisces. **Q**ui ait eis. **A**fferre illos michi huc. **E**t cum iussisset turbam discumbere supra fenum. acceptis quinque panibus. et duobus piscibus.



aspiciens in celum. benedixit et fregit. et dedit discipulis panes. **D**iscipuli autem turbis. **E**t manducauerunt omnes. et saturati sunt. **E**t tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. **M**anducantium autem fuit numerus quinque milia virorum. exceptis mulieribus et paruulis. **Feria Sexta.**

**Sequen. sa. Euuglii. Secundum. Lucam.**

nullo temp. **R**ogauit ihm quidam phariseus. ut pranderet apud se. **E**t ingressus recubuit. **P**hariseus autem cepit intra se reputans dicere. quare non baptizatus es ante prandium. **E**t ait dominus ad illum. **H**unc uis pharisei quod deforis est calias et catini mundatis. quod autem intus est uestrum. plenum est rapina et iniquitate. **S**tulti. nonne qui fecit quod deforis est. etiam id quod deintus est fecit. **U**erum. tamen quod super est. date elemosinam. et ecce omnia munda sunt uobis. **S**ed ue uobis phariseis. quia decimatis mentam & ru



tam et omne holus. et preteritis iudicium  
& caritatem dei. **H**ec autem oportuit fa-  
cere: et illa non omittere. **T**e uobis pha-  
riseis: quia diligitis primas cathedras in  
synagogis: et salutationes in foro. **T**e  
uobis quia estis ut monumenta que non  
apparent: & homines ambulantes supra  
nesciunt. **R**espondens autem quidam ex  
legis peritis: ait illi. **M**agister hec dicens:  
etiam nobis contumeliam facis. **A**t ille ait.  
**E**t uobis legis peritis ue: quia oneratis  
homines oneribus que portare non pos-  
sunt. et ipsi uno digito uestro: non tangitis  
sarcinas. **Dom. x. post oct. pentecosten.**  
**Sequen. sa. Euangli. Secundum. lucam.**  
nullo tempore. **Q**um appropinquaret ihc.  
hierusalem: uidens ciuitatem. fleuit super  
illam dicens. **Q**uia si cognouisses et tu.  
**E**t quidem in hac die tua que ad pacem  
tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis  
tuis. **Q**uia uenient dies ire: & arcum  
dabunt te inimici tui uallo. **E**t circumda-





bunt te: et coangustabunt te undique:

**E**t ad terram prosternent te: et filios tuos qui in te sunt. **E**t non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoveris tempus visitationis tue. **E**t ingressus in templum: cepit eicere uendentes in illo et ementes. dicens illis. **S**criptum est: quia domus mea domus orationis est. **V**os autem

fecistis illam speluncam latronum. **E**t erat docens: cotidie in templo. **Feria. iiii.**

**S**equen. **sa. luyglu. Secundum. lucam.**  
**n**ullo tempore. **E**rat ihc eiciens demonium: et illud erat mutum. **E**t cum eiecisset demonium: locutus est mutus. & admirate sunt turbe. **Q**uidam autem ex eis dixerunt.

**I**n beelzebub principe demoniorum: eicit demonia. **E**t alii temptantes: signum de celo querebant ab eo. **I**pse autem ut uidit cogitationes eorum: dixit eis. **O**mnne regnum in se ipsum diuisum desolatur: et domus supra domum cadit. **S**i autem & sathanas in se ipsum diuisus est: quomodo stant



bit regnum ipsius. **Q**uia dicitis in beelzebub eicere me demonia. **S**i autem ego in beelzebub eicio demonia. filii uestri in quo eiciunt. **I**deo ipsi iudices uestri erunt. **P**orro si indigito dei eicio demonia. profecto peruenit in uos regnum dei. **N**um fortis armatus custodit atrium suum. in pace sunt ea que possidet. **S**i autem fortior illo super ueniens uicerit eum. uniuersa arma eius aufert in quibus confidebat. et spolia eius distribuit. **Q**ui non est mecum. aduersum me est. **E**t qui non colligit mecum dispergit. **N**um immundus spiritus exierit de homine. perambulans per loca in aquosa querens requiem et non inueniens. **D**icit. **R**euertar in domum meam unde exiui. **E**t cum uenerit. inuenit sapientiam mundatam. **E**t tunc uadit et assumit septem alios spiritus nequiores se. et ingressi habitant ibi. **E**t sunt nouissima hominis illius. peiora prioribus. **F**actum est autem cum hec diceret. extollens uocem que



116  
dam mulier deturba. dixit illi. **B**eatus  
uenter qui te portauit. et ubera que sur-  
sisti. At ille dixit. **Q**uin immo. beati qui  
audiunt uerbum dei. & custodiunt illud.

**F**eria. **S**exta.

**S**equen. **s**ā. **L**uigiū. **S**ecundum. **L**ucam.  
nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**A**dtendite uobis. ne forte grauentur  
corda uestra in crapula et ebrietate:  
et auris huius uite. & super ueniat in uos  
repentina dies illa. **T**anquam laqueus  
enim. super ueniet in omnes qui sedent  
super faciem omnis terre. **V**igilate itaque  
omni tempore. orantes ut digni habeami-  
ni fugere ista omnia. que futura sunt. **A**t  
stare. ante filium hominis. **D**om. **XI**.

**S**equen. **s**ā. **L**uigiū. **S**ecundum. **L**ucam.

nullo temp. **D**ixit ihc ad quosdam qui  
in se confidebant. parabolam istam.

**D**uo homines ascenderunt in templum  
ut orarent. **U**nus phariseus. et alter  
publicanus. **P**hariseus stans. hec apud se



orabat. **D**eus. gratias ago tibi. quia non  
sum sicut ceteri hominum. **R**aptores in-  
iusti adulteri. uelut etiam hic publica-  
nus. **I**eiuno bis in sabbato. decimas do-  
minum que possideo. **E**t publicanus  
alonge stans. nolebat nec oculos ad celum  
leuare. sed percussiebat pectus suum di-  
cens. **D**eus. propicius esto michi peccato-  
ri. **D**ico uobis. descendit hic iustificatus  
in domum suam ab illo. **Q**uia omnis exal-  
tat. humiliabitur. **E**t qui se humiliat.  
exaltabitur. **F**eria. **Q**uarta.

¶ qui se

**S**equenti. **S**ancti. **U**nguenti. **S**ecundum. **L**ucam.  
nullo tempore. **R**ogauit ihm quidam de  
phariseis. ut manducaret cum illo. **E**t  
ingressus domum pharisei. discubuit.  
**E**t ecce mulier que erat in ciuitate pecca-  
trix. ut cognouit quod accubuit in domo  
pharisei. attulit alabastrum unguenti.  
**E**t stans retro secus pedes eius. lacrimis  
cepit rigare pedes eius. & capillis capitis



sui tergebat. et osculabatur pedes eius. et  
 unguento unguebat. **V**idens autem pha-  
 riseus qui uocauerat eum. ait intra se di-  
 cens. **H**ic si esset propheta. sciret utique  
 que & qualis mulier esset que tangit eum.  
 quia peccatrix est. **E**t respondens ihc dix-  
 it ad illum. **S**ymon. habeo tibi aliquid di-  
 cere. **A**t ille ait. **M**agister dic. **D**uo debi-  
 tores erant cuidam ueneratori. unus de-  
 bebat ei denarios quingentos. alius quin-  
 quaginta. **N**on habentibus illis unde red-  
 derent. donauit utrisque. **Q**uis ergo eum  
 plus diligit. **R**espondens symon dixit.  
**A**stimo quia is cui plus donauit. **A**t ille  
 dixit ei. **R**ecte iudicasti. **E**t conuersus  
 ad mulierem. dixit symoni. **V**ides hanc  
 mulierem. intraui in domum tuam. aqua  
 pedibus meis non dedisti. **H**ec autem lacri-  
 mis rigauit pedes meos. et capillis suis  
 terxit. **O**sculum michi non dedisti. **H**ec  
 autem ex quo intraui non cessauit oscula



ti pedes meos. **O**leo caput meum non  
unxisti. hec autem unguento unxit pe-  
des meos. **P**ropter quod dico tibi. Remit-  
tantur ei peccata multa. quoniam dilex-  
it multum. **Feria. Sexta.**

**S**equen. sa. Euuaglii. Secundum. lucam.  
in illo tempore. **S**urgens ihc desynagoga.  
intrauit in domum symonis. **S**ocrus  
autem symonis. tenebatur magnis fe-  
bribus. **E**t rogauerunt illum pro ea.  
**E**t stans super illam imperabit febrim.  
**E**t dimisit illam. **E**t continuo surgens.  
ministrabat illis. **Q**um sol autem occi-  
disset. omnes qui habebant infirmos ua-  
rius languoribus. ducebant illos ad eum.  
**A**t ille singulis manus inponens. curabat  
eos. **C**riebant autem demonia multas  
clamantia et dicentia. quia tu es filius  
dei. **E**t increpans non sinebat ea loqui.  
quia sciebant ipsum esse xpm. **F**acta au-  
tem die. egressus ibat in desertum locum.  
**E**t turbe requirebant eum. et uenerunt



usque ad ipsam. et detinebant illum ne  
 discederet ab eis. **Q**uibus ille ait. **Q**uia  
 et aliis civitatibus oportet me euange-  
 lizare: regnum dei. **Dom. xij.**  
**Sequen. sa. Euangli. Scdm. Marcum.**  
 nullo tempore. **A**xiens ihc desinibus tyn.  
 uenit per sidonem ad mare galilee: inter  
 medios fines decapoleos. **E**t adducunt ei  
 surdum et mutum: & deprecabantur  
 eum ut imponant illi manum. **E**t appre-  
 hendens eum de turba seorsum: misit digi-  
 tos suos in auriculas eius. et expuens teti-  
 git linguam eius. **E**t suspirans in celum:  
 ingenuit et ait illi. **A**ffeta: quod est  
 adaperire. **E**t statim aperte sunt aures  
 eius: & solutum est uinculum lingue  
 eius. et loquebatur recte. **E**t precepit  
 illis: ne cui diceret. **Q**uanto autem eis  
 preceperat: tantomagis plus predicabant.  
 et eo amplius admirabantur dicentes:  
**B**ene omnia fecit: et surdos fecit audire:  
 et mutos loqui. **feria Quarta.**



**S**equen. sa. Luugli. Secundum. Lucam.  
nullo temp. **D**um iter ihc per ciuitates  
et castella docens. & iter faciens in hierusa  
lem. **A**it illi autem quidam. **D**omine. si  
pauci sunt qui saluantur. **I**psa autem  
dixit ad illos. **C**ontendite intrare per an  
gustam portam. quia multi dico uobis que  
rent intrare. & non poterunt. **C**um autem  
intrauerit. pater familias et clauerit osti  
um. et in apertis foris stare & pulsare ostium  
dicentes. **D**omine. aperi nobis. **E**t respon  
dens. dicit uobis. **N**escio uos unde sitis.  
**T**unc in apertis dicere. **M**anducauimus  
coram te et bibimus. & in plateis nostris  
dormiisti. **E**t dicit uobis. **N**escio uos unde  
sitis. **D**iscedite a me omnes operari in  
iquitatis. **I**bi erit fletus & stridor dencium.  
**C**um uideritis abraham et ysaac & iacob  
et omnes prophetas in regno dei. uos autem  
expelli foras. **E**t uenient a oriente et  
occidente & a aquilone et a austro. et accun  
bent in regno dei. **Feria. Sexta.**



*Sequē. s̄. luygli. sc̄dm. Mathcum.*

nullo temp̄. **Q**epit ih̄c exprobrare ciuitatibus in quibus facte sunt plurime uirtutes eius! quia non egissent penitēciam.

**Q**ue tibi corazain! ue tibi bethsaida. Quia

si in tyro et sydone facte essent uirtutes que facte sunt in uobis! olim in alio & a nere penitēciam egissent. **U**erum tamen

dico uobis tyro et sydoni remissus erit in die iudicii quam uobis. **E**t tu capharnaum.

nunquid usque in celum exaltaberis! usque in infernum descendes. **Q**uia si in

sodomis facte fuissent uirtutes que facte sunt in te! forte mansissent usque in hanc diem. **U**erum tamen dico uobis! quia ter

re sodomorum remissus erit in die iudicii! quam tibi. *Dom̄. viij. post pentecosten.*

*Sequē. s̄. luygli. sc̄dm. lucam.*

nullo temp̄. **D**ixit ih̄c discipulis suis.

**B**eati oculi! qui uident que uidentis. **D**ico enim uobis. **Q**uod multi prophe

te et reges uoluerunt uidere que uos uide



ns! et non uiderunt. **E**t audire que audi-  
tis! & non audierunt. **E**t ecce quidam le-  
gis peritus surrexit! temptans illum et di-  
cens. **M**agister! quid faciendo uitam eter-  
nam possidebo? **E**t ille dixit ad eum. **I**n lege  
quid scriptum est. quomodo legis? **I**lle re-  
spondens dixit. **D**iliges dominum deum tu-  
um ex toto corde tuo! & ex tota anima tua.  
et ex omnibus uiribus tuis! & ex omni mente  
tua. **E**t proximum tuum sicut te ipsum.  
**D**ixitque illi. **R**ecte respondisti. **H**oc fac  
et uiues. **I**lle autem uolens iustificare se  
ipsum! dixit ad ihm. **E**t quis est meus proxi-  
mus? **S**us. piens autem ihc dixit. **N**omo  
quidam descendebat ab hierusalem iheri-  
cho! et incidit in latrones. **Q**ui etiam  
despoliauerunt eum! & plagis inpositis abie-  
runt semel uiuo relicto. **A**ccidit autem ut sa-  
cerdos quidam descenderet eadem uia! et uiso  
illo preteriiuit. **S**imiliter et leuita cum esset  
secus locum! et uideret eum pertransiit. **S**a-  
maritanus autem quidam iter faciens! ue-



mit secus eum. et iudens eum. misericordia  
 motus est. **E**t appropians alligavit uulne  
 ra eius infundens oleum et uinum. et impo  
 nens illum in iumentum suum duxit insta  
 bulum. & curam eius egit. **E**t altera die  
 protulit duos denarios. et dedit stabulario  
 et ait. **C**uram illius habe. & quodcumque  
 super erogaueris. ego cum rediero reddam  
 tibi. **Q**uis ergo horum trium uideatur tibi  
 proximus fuisse illi qui incidit in latrones.  
**A**t ille dixit. **Q**ui fecit misericordiam in il  
 lum. **E**t ait illi ihc. **V**ade. et tu fac similiter.  
**F**eria. **Q**uarta. **S**equen. sa. **E**uangelii. **S**cdm. **M**atheum.  
 nullo temp. **A**beuntes pharisei. conualiu  
 faciebant aduersus ihm. quomodo eum per  
 derent. **I**hc autem sciens. recessit inde. **E**t  
 secuti sunt eum multi. et curauit eos omnes.  
**E**t precepit eis ne manifestum eum facerent.  
 ut adimpleretur quod dictum est per esaiam  
 prophetam dicentem. **A**cce puer meus que  
 elegi. dilectus meus. in quo bene conplacuit



anime mee. **P**onam spiritum meum super  
eum! et iudicium gentibus nuntiabit.

**N**on contendet neque clamabit! neque au-  
dient aliquis in plateis uocem eius. **M**arum  
dinem quassatam non confringet! et huium  
fumigans non extinguet! donec eiciat ad  
uictoriam iudicium. **E**t in nomine eius!  
gentes sperabunt. **Feria. Sexta.**

**S**equen. sa. **Euanglii. Secundum. Lucam.**  
nullo temp! **A**t adhuc quidam deturba.

**M**agister! dic fratri meo! ut diuidat mecum  
hereditatem. **A**t ille dixit ei. **H**omo! quis  
me constituit iudicem aut diuisorem super  
uos? **D**ixitque ad illos. **M**idete et caute  
ab omni auaritia. **Q**uia non in abundantia  
cuiusquam uita eius est! ex his que possidet.

**D**ixit autem similitudinem ad illos dicens.  
**H**ominis cuiusdam diuitis uberes fructus  
ager attulit! et cogitabat intra se dicens.

**Q**uid faciam quod non habeo quo congre-  
gem fructus meos? **E**t dixit. **H**oc faciam.

**D**estruam horrea mea et maiora faciam!



et illuc congregabo omnia que nata sunt  
 michi et bona mea! et dicam anime mee:  
 Anima! habes multa bona posita in annos  
 plurimos! requiesce. comede. bibe epulare.  
**D**ixit autem illi deus. **S**ulte! hac nocte  
 animam tuam repetunt a te! que autem  
 parasti cuius erunt. **S**ic est qui sibi the-  
 saurizat! et non est in deum diues. **D**ixit  
 que ad discipulos suos. **I**deo dico uobis.  
**N**olite solliciti esse anime quid manduce-  
 tis! neque corpori quid uestiamini. Anima  
 plus est quam esca! & corpus quam uestimen-  
 tum. **C**onsiderate coruos! quia non sem-  
 nant neque metunt. **Q**uibus non est cel-  
 larium neque horreum! et deus pascit  
 illos. **D**om. xiiij. post oct. pentecosten.  
**S**equen. sa. Luugli. **S**ecundum. lucam.  
 nullo temp. **D**um uerit ihc in hierusa-  
 lem! transiebat per mediam samariam et  
 galileam. **E**t cum ingrederetur quodda  
 castellum! occurrerunt ei decem uiri lepro-  
 si. **Q**ui steterunt alonge! et leuauerunt



uocem dicentes. **I**hu preceptor. miserere  
nostri. **Q**uos ut uidit dixit. **I**te. ostendite  
uos sacerdotibus. **E**t factum est dum uent.  
mundati sunt. **U**nus autem ex illis ut uidit  
quia mundatus est. regressus est cum mag  
na uoce magnificans deum. **E**t cecidit  
in faciem ante pedes eius. gratias agens.  
**E**t hic erat samaritanus. **R**espondens  
autem ihc dixit. **H**onnie decem mundati  
sunt. & nouem ubi sunt. **N**on est inuen  
tus qui rediret et daret gloriam deo. nisi  
hic alienigena. **E**t ait illi. **S**urge uade.  
quia fides tua. te saluum fecit. **Feria. iiii.**  
**Sequen. sa. Euanglii. Secundum. Marcum.**  
nullo temp. **I**ntroiuu it ihc hierosolimam.  
intemplum. et circumspexit omnibus. cu  
iam uespera esset hora. exiit iherosolimam  
cum duodecim. **E**t alia die cum exirent  
abethania esuruit. **Q**umque uidisset  
a longe ficum habentem folia. uenit si  
quid forte inueniret in ea. **E**t cum ue  
nisset ad eam. nichil inuenit preter folia.



122

Non enim erat tempus fructuum. Et respon-  
dens dixit ei. **L**am non amplius in eternum  
quisquam fructum cete manducet. Et au-  
diebant discipuli eius. Et uenit hiero-  
solimam. Et cum introisset templum. ce-  
pit eicere uendentes et ementes in templo.  
et mensas nummulariorum. et cathedras  
uendencium columbas euertit. Et sine-  
bat ut quisquam transferret uas per tem-  
plum. et docebat dicens eis. **N**on scriptum  
est. quia domus mea domus orationis uoca-  
bitur omnibus gentibus. **N**os autem fe-  
cistis eam speluncam latronum. **Q**uo au-  
dito principes sacerdotum et scribe. quere-  
bant quomodo eum perderent. **T**imebant  
enim eum. quoniam uniuersa turba ad-  
mirabatur. super doctrina eius.

**feria. vi.**  
**Sequen. sa. iuglii. Secundum. lucam.**  
nullo temp.

**D**ixit ihc discipulis suis.  
**H**omo quidam nobilis abiit in regio-  
nem longinquam. accipere sibi reg-  
num et reuerti. **C**ocatis autem decem



seruis suis. dedit illis decem minas. et ait ad  
illos. **N**egotiamini dum uenio. **Q**uius au-  
tem eius oderant illum. et miserunt legato-  
nem post illum dicentes. **N**olumus hunc  
regnare super nos. **E**t factum est ut redi-  
ret accepto regno. et iussit uocari seruos  
quibus dedit pecuniam. ut sciret quantum  
quisque negotiatus esset. **V**enit autem pri-  
mus dicens. **D**omine. mina tua decem minas  
acquisiuit. **E**t ait illi. **G**uge bone serue.  
quia in modico fidelis fuisti. eris potestatem  
habens super decem ciuitates. **E**t alter ue-  
nit dicens. **D**omine. mina tua fecit quinque  
minas. **E**t huic ait. **E**t tu esto super quin-  
que ciuitates. **E**t alter uenit dicens. **D**o-  
mine. ecce mina tua. quam habui repositam  
in sudario. **T**imui enim te quia homo auste-  
ris es. tollis quod non posuisti. et metis quod  
non seminasti. **D**icit ei. **D**e ore tuo te iu-  
dico serue nequam. sciebas quod ego auste-  
ris homo sum. tollens quod non posui. et  
metis quod non seminasti. et quare non de-



disti pecuniam meam ad mensam. **E**t ego  
 veniens cum usuris utique exegissem illud.  
**E**t altantibus dixit. **A**uferte ab illo minam!  
 et date illi qui decem minas habet. **E**t dice-  
 runt illi. **D**omine! habet decem minas. **D**i-  
 co autem vobis! quia omni habenti dabitur.  
**A**beo autem qui non habet! et quod habet  
 auferetur ab eo. **T**erum tamen inimicos  
 meos illos qui noluerunt me regnare super  
 se! adducate huc. et interficiate ante me. **E**t  
 his dictis precedebat! ascendens hierosolimam.

**Dom. xv. post. oct. Pentecosten.**  
**Sequen. sa. Evangelii. scdm. Mattheum.**

**N**ullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.  
**N**emo potest duobus dominis servire.  
**A**ut enim unum odio habebit! et alte-  
 rum diliget. **A**ut unum sustinebit!  
 et alterum contempnet. **N**on potestis deo  
 servire et mammoni. **I**deo, dico vobis. **N**e  
 solliciti sitis anime vestre quid manducetis!  
 neque corpori vestro quid induamini. **N**on  
 ne anima plus est quam esca! et corpus plus





quam uestimentum. **R**espiciate uolantia ce-  
li! quoniam non serunt neque metunt. ne-  
que congregant in horrea. & pater uester  
celestis pascat illa. **H**ominē uos magis pluris  
estis illis. **Q**uis autē uestrum cogitans  
potest adicere ad staturam suam cubitum  
unum. **E**t de uestimento quid solliciti estis.  
**C**onsiderate lilia agri quomodo crescunt!  
non laborant neque nent. **D**ico autem uo-  
bis! quoniam nec salomon in omni gloria  
sua coopertus est sicut unum cristic. **S**i au-  
tē fenum agri quod hodie est. et cras inchi-  
banum mittitur. deus sic uestit! quantonia-  
gis uos minime fidei. **N**olite ergo solliciti  
esse dicentes! quid manducabimus aut quid  
bibemus. aut quo operiemur. **H**ec autem  
omnia gentes inquirunt. **S**cit enim pater  
uester! quia his omnibus indigetis. **U**er-  
**I**te ergo primum regnum dei. et iustitiam  
eius! et omnia hec adiacentur uobis. **Mat. xiii.**  
**S**equen. sa. **L**ungli. **S**cdm. **M**atheum.  
nullo temp! **D**ixit ihc discipulis suis.



**A**udistis quia dictum est. diliges proxi-  
mum tuum. et odies inimicum tuum.  
**E**go autem dico uobis. Diligite inimicos  
uestros. benefacite his qui oderunt uos.  
**E**t orate pro persequentibus et calumpni-  
antibus uos. ut sint filii patris uestri qui in  
celis est. Qui solem suum oriri facit super  
bonos et malos. et pluit super iustos et inius-  
tos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt.  
quam mercedem habebitis. Nonne et pub-  
licani hoc faciunt. Et si salutaueritis fra-  
tres uestros tantum. quid amplius facitis.  
Nonne et ethnici hoc faciunt. Estote er-  
go uos perfecti. sicut et pater uester ce-  
lestis perfectus est. Attendite ne iusticiam  
uestram faciatis coram hominibus. ut ui-  
deamini ab eis. Alioquin. mercedem non  
habebitis apud patrem uestrum qui in ce-  
lis est. Cum ergo facitis elemosinam. no-  
li tuba canere ante te sicut ypocrite faci-  
unt in synagogis et in uicijs. ut honorifi-  
centur ab hominibus. Amen dico uobis.



repperunt mercedem suam. **T**e autem faciente elemosinam. nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. ut sit elemosina tua in abscondito. **E**t pater tuus qui uidet in abscondito.

**T** reddet tibi. **Feria. vi.**  
**Sequen. sa. Euanglii. Secundum. lucam.**  
nullo tempore. **D**ocente ihu populum in templo et euangelizante. conuenerunt principes sacerdotum & scribe cum senioribus. et aiunt dicentes ad illum. **D**ic nobis in qua potestate hec facis. aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem. **R**espondens autem dixit ad illos. **I**nterrogabo uos et ego unum uerbum respondeat michi. **B**aptismum iohannis de celo erat an ex hominibus. **A**t illi cogitabant inter se dicentes. **Q**uia si dixerimus de celo. dicit. quare ergo non credidistis illi. **S**i autem dixerimus ex hominibus. plebs uniuersa lapidabit nos. **M**eriti sunt enim. iohanne prophetam esse. **E**t responderunt sermo nescire esse. **E**t ihc ait illis. **N**eque ego



uobis dico. in qua potestate hec facio.

**Dom. xvi. Post oct. Pentecosten.**

**Sequen. sa. Euangli. Secundum. lucam.**

nullo temp. **I**bat ihc in ciuitatem que uocatur naim. et ibant cum illo discipuli eius. et turba copiosa. **C**um autem appropinquaret porte ciuitatis. ecce defunctus efferebatur filius unicus matris sue. **E**t hec uidua erat. et turba ciuitatis multa cum illa. **Q**uam cum uidisset dominus. misericordia motus super ea. dixit illi. **N**oli flere. **E**t accessit. et tenuit loculum. **H**ii autem qui portabant steterunt. **E**t ait. **A**dolescens. tibi dico surge. **E**t resedit qui erat mortuus. et cepit loqui. **E**t dedit illum matri sue. **A**ccepit autem omnes timor. et magnificabant deum dicentes. **Q**uia propheta magnus surrexit in nobis. et quia deus uisitauit plebem suam. **sa. iiii.**  
**Sequen. sa. Euangli. Secundum. lucam.**  
 nullo temp. **V**idit ihc publicanum nomine leui. sedentem aetheloneum. et ait



illi. **S**equere me. **E**t relictis omnibus!  
surgens secutus est eum. **E**t fecit ei conui-  
uium magnum leui in domo sua. **E**t erat  
turba multa publicanorum! & aliorum  
qui cum illis erant discumbentes. **E**t  
murmurabant pharisaei et scribae eorum!  
dicentes ad discipulos eius. **Q**uare cum  
publicanis et peccatoribus manducatis &  
bibitis? **E**t respondens ihc! dixit ad illos.  
**N**on egent qui sani sunt medico! sed male  
habentes. **N**on ueni uocare iustos! sed  
peccatores in penitentiam. **Feria. vi.**  
**S**equen. sa. **E**uangelii. **S**ecundum. **M**arcum.  
nullo tempore! **V**enit ihc abethsaida! et ad-  
ducunt ei cecum! et rogabant eum ut illum  
tangeret. **E**t apprehensa manu cecum! eduxit  
eum extra uicium. **E**t expuens in oculos  
eius! inpositis manibus suis. interrogauit  
eum si aliquid uideret. **E**t aspiciens ait. **U**-  
ideo homines uelut arbores ambulantes.  
**D**einde iterum inposuit manus super oculos  
eius! et cepit uideri. **E**t restitutus est!



ita ut uideret clare omnia. Et misit illum  
 in domum suam dicens. Vade in domum  
 tuam. Et si inuicam inuideris! nemini  
 dixeris. **Dom. xvii. post oct. Pentecosten.**  
**Sequen. sa. Euangli. Scandum. Lucam.**  
 nullo temp. **D**um intraret ihc in domum  
 cuiusdam principis phariseorum sabbato  
 manducare panem! et ipsi obseruabant  
 eum. Et ecce homo quidam ydropicus  
 erat ante illum. Et respondens ihc! dixit  
 ad legis peritos et phariseos dicens. Si licet  
 sabbato curare. Et illi tacerunt. Ipse  
 uero apprehensum sanauit eum! ac dimisit.  
 Et respondens ad illos dixit. Quis uestrum  
 asinus aut bos in puteum cadit! et non  
 continuo extrahet illum die sabbati. Et  
 non poterant adhec respondere illi. Dice  
 bat autem & ad inuitatos parabolam in  
 tendens quomodo primos accubitus elige  
 rent! dicens ad illos. Cum inuitatus fue  
 ris ad nuptias! non discumbas in primo  
 loco. Ne forte honoratioꝝ te sit inuitatus





ab illo. et ueniens is qui te et illum uocauit.  
dicat tibi. **D**a huic locum. **E**t tunc in-  
prias cum rubore. nouissimum locum tene-  
re. **S**ed cum uocatus fueris. uade recumbe  
in nouissimo loco. **E**t cum uenerit qui te  
inuitauit. dicat tibi. **A**micte. ascende superi-  
us. **T**unc erit tibi gloria. coram simul dis-  
cumbentibus. **Q**uia omnis qui se exaltat.  
humiliabitur. **E**t qui se humiliat. exalta-  
bitur. **F**eria. **Q**uarta. Quatuor temporu.  
**S**equen. sa. Luugli. **S**ecundum. **M**artini.  
nullo temp. **R**espondens unus de turba  
dixit. **M**agister. attuli filium meum ad te.  
habentem spiritum mutum. **Q**ui ubi cum  
que eum apprehenderit allidit eum. et spu-  
mat. & stridet dentibus. et aresat. **E**t dixit  
discipulis tuis ut eicerent illum. et non  
potuerunt. **Q**ui respondens eis dicit. **O**ge-  
neratio incredula. quamdiu apud uos ero.  
quamdiu uos paciar. **A**fferite illum ad me.  
**E**t attulerunt eum. **E**t cum uidisset il-  
lum. statim spiritus conturbauit eum. et



elusus interra uolutabatur spumans. Et  
 interrogauit patrem eius. **Q**uāntū  
 temporis est ex quo hoc ei accidit. **A**t ille  
 ait. Ab infātia. **E**t frequenter eum et in  
 ignem et in aquas misit. ut eum perderet.  
**S**ed siquid potes adiuua nos. miseris  
 nostri. **I**hesus autem ait illi. **S**i potes credere.  
 omniaabilia credenti. **E**t continuo ex  
 clamans pater pueri. cum lacrimis aiebat.  
**C**redo domine. adiuua incredulitatem  
 meam. **E**t cum uideret ihesus concurrentem  
 turbam. comminatus est spiritu immundo.  
 dicens illi. **S**urde et mute spiritus. ego tibi  
 precipio. exi ab eo. & amplius ne intro eas  
 in eum. **E**t clamans et multum discer  
 pens eum. exiit ab eo. **E**t factus est sicut  
 mortuus. ita ut multi dicerent. quia mor  
 tuus est. **I**hesus autem tenens manum eius  
 eleuauit eum. & surrexit. **E**t cum intro  
 set in domum. discipuli eius secreto interro  
 gabant eum. **Q**uare nos non potuimus  
 eicere eum. **E**t dixit illis. **H**oc genus in



R. ewgl.  
Rogavit  
ihm quida  
Dom. xi. post  
oct. pentecost.  
.116.

nullo potest exire: nisi moratione et ieiunio. ~~Feria Sexta.~~ Sabbato. vij. Mensis. Sequen. scilicet. **L**uugli. **S**ecundum. **I**ucam. nullo tempore. **D**icebat ihc similitudinem hanc. Arborem ficu habebat quidam plantata in uinea sua: et uenit querens fructum nulla. et non inuenit. **D**ixit autem ad cultorem uinee. **E**cce anni tres sunt ex quo uenio querens fructum in ficulnea hac: et non inuenio. **S**uccide ergo illam: ut quid etiam terram occupat. **A**t ille respondens: dixit illi. **D**omine: dimitte illam et hoc anno: usque dum fodiam circa illam. et mittam stercora. **E**t si quidem fecerit fructum: sin autem. in futurum succides eam. **E**rat autem docens in synagoga eorum sabbatis. **E**t ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo: et erat inclinata. nec omnino poterat sursum respicere: **Q**uam cum uideret ihc: uocauit ad se. et ait illi. **M**ulier: dimissa es ab infirmitate tua. **E**t imposuit illi manus: et confestim



erecta est. et glorificabat deum. **R**espon-  
dens autem archysynagogus indignans.  
quia sabbato curasset ihc. dicebat turbe.  
**S**ex dies sunt in quibus oportet operari.  
in his ergo uenite et curamini. et non die  
sabbati. **R**espondit autem ad illum domi-  
nus et dixit. **H**ypocrite. unusquisque  
uestrum sabbato non soluit bouem suum  
aut asinum a presepio. et ducit ad aquam.  
**H**anc autem filiam abrahe quam alligauit  
sathanas ecce decem et octo annis. non oportuit  
solui a uinculo isto die sabbati. **E**t cum  
hec diceret. erubescerant omnes aduersa-  
rii eius. **E**t omnis populus gaudebat in  
uicinis. que gloriose fiebant ab eo.

**Dom. xviii. post. oct. pentecosten.**

**Sequen. sa. Luugi. Scdm. Matheum.**

**I**n illo tempore. **A**ccesserunt ad ihm phari-  
sei. et interrogauit eum unus ex eis legis  
doctor temptans eum. **M**agister quod est  
mandatum magnum in lege. **A**it illi ihc.  
**D**iliges dominum deum tuum ex toto cor-





te tuo! et in tota anima tua! & in tota men-  
te tua. **H**oc est maximum et primum man-  
datum. **S**ecundum autem! simile est huic.  
**D**iliges proximum tuum sicut te ipsum.  
**I**n his duobus mandatis! uniuersa lex pen-  
det et prophete: **C**ongregatis autem phari-  
seis! interrogauit eos ihc dicens. **Q**uid uo-  
bis uidetur de xpo cuius filius est? **D**icunt  
ei. **D**auid. **A**it illis. **Q**uomodo ergo da-  
uid in spiritu uocat eum dominum dicens?  
dixit dominus domino meo sede a dextris meis.  
donec ponam inimicos scabellum pedum  
tuorum. **S**i ergo dauid uocat eum dominum!  
quomodo filius eius est? **E**t nemo poterat  
ei respondere uerbum! neque ausus fuit  
quisquam ex illa die eum amplius interro-  
gare. **T**unc ihc locutus est ad turbas! et ad  
discipulos suos dicens. **S**uper cathedram  
moysi! sederunt scribe et pharisei. **O**mnia  
ergo quecumque dixerint uobis! seruate &  
facite. **D**icunt enim et non faciunt. **A**lli-  
gant autem onera graua et importabilia!



et imponunt in humeros hominum. digito  
autem suo nolunt ea mouere. **O**mnia ue-  
ro opera sua faciunt. ut uideantur ab homi-  
nibus. Dilatant enim philacteria sua. et  
magnificant fimbrias. Amant autem pri-  
mos recubitus in cenis. et primas cathedras  
in synagogis. et salutationes in foro. et uoca-  
ri ab hominibus rabbi. **N**os autem nolite  
uocari rabbi. **U**nus est enim magister uester.  
omnes autem uos fratres estis. **E**t patrem  
nolite uocare super terram. unus est enim  
pater uester qui in celis est. **N**ec uocemini  
magistri. quia magister uester unus est. xpc.  
**C**ui maior est uestrum. erit minister uest-  
er. **Q**ui autem se exaltauerit. humiliabi-  
tur. **E**t qui se humiliat. exaltabitur.

**I**storia. **Q**uarta. **Sequen. sa. Euangli. Secundu. Marcum.**  
in illo temp. **A**ccessit unus de scribis. qui  
audierat illos conquirentes. et uidens quo-  
ntiam bene illis responderit. interrogauit  
eum quod esset primum omnium manda



421  
tum. **I**hesus autem respondit ei. **Q**uia primum  
omnium mandatum est. **A**udi israel. **D**ominus  
deus noster deus unus est. **E**t diliges  
dominum deum tuum ex toto corde tuo. **q**  
ex tota anima tua. et ex tota mente tua. et  
ex tota virtute tua. **H**oc est primum man-  
datum. **S**ecundum autem. simile est illi.  
**D**iliges proximum tuum tanquam te  
ipsum. **M**aius horum aliud mandatum non  
est. **E**t ait illi scriba. **B**ene magister inue-  
nitate dixisti. **Q**uia unus est. et non est  
alius preter eum. **E**t ut diligatur ex toto  
corde. et ex toto intellectu. **q** ex tota anima.  
et ex tota fortitudine. **E**t diligere proxi-  
mum tanquam se ipsum. maius est omni-  
bus holocaustis et sacrificiis. **I**hesus  
autem videns quod sapienter respondisset.

**I**dixit illi. **N**on es longe a regno dei.  
**S**exta. **S**equen. sa. Luuglu. Scdm. Matheum.  
nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis pa-  
rabolam hanc. **S**imile factum est reg



num celorum. homini qui seminant bo-  
 num semen in agro suo. **Q**um autem  
 dormirent homines. uenit inimicus eius.  
 et super seminauit zizania in medio tritici  
 et abiit. **Q**um autem creuisset herba et  
 fructum feasset. tunc apparuerunt et zi-  
 zania. **A**ccedentes autem serui patris fami-  
 lias. dixerunt ei. **D**omine. nonne bonum  
 semen seminasti in agro tuo. unde ergo ha-  
 bet zizania. **E**t ait illis. **I**nimicus homo  
 hoc fecit. **S**erui autem dixerunt ei. **Q**uis  
 imus et colligimus ea. **E**t ait illis. **N**on.  
**H**e forte colligentes zizania. eradicetis  
 simul cum eis et triticum. **S**inite utraque  
 crescere usque ad messem. et in tempore  
 messis dicam messoribus. **C**olligite pri-  
 mum zizania. et alligate ea fasciculos ad  
 comburendum. **T**riticum autem. congre-  
 gate in horreum meum. **D**om. xviii.  
**S**equen. sa. Luugli. **S**ecundum Mattheum.  
**I**n nullo tempore. **I**hesus ascendens iherosolimam  
 transiit iherosolimam. et uenit in auiatatem



suam. **E**t ecce offerebant ei paralyticam?  
iacentem in lecto. **E**t uidens ihc fidem illo-  
rum. dixit paralytico. **N**on fide fili. remit-  
tantur tibi peccata tua. **E**t ecce quidam  
describis. dixerunt intra se. **H**ic blasphem-  
at. **E**t cum uidisset ihc cogitationes eor-  
um. dixit. **U**t quid cogitatis mala in cordibus  
uestris? **Q**uid est facilius dicere. dimit-  
tantur tibi peccata aut dicere surge et  
ambula? **U**t scatis autem. quoniam filius  
hominis habet potestatem in terra dimittendi  
peccata. **T**unc ait paralytico. **S**urge tolle  
lectum tuum. & uade in domum tuam. **U**-  
dentes autem turbe ammirunt. **E**t glorifi-  
cauerunt deum. qui dedit potestatem talem  
hominibus. **F**eria. **Q**uarta.  
**S**equen. sa. euanglii. Scdm. Matheum.  
nullo tempore? **A**ccesserunt ad ihm discipuli  
eius dicentes. **D**issere nobis parabolam ziza-  
norum agri. **Q**ui respondens ait. **Q**ui se-  
minat bonum semen. est filius hominis.  
**A**ger autem est mundus. **B**onum uero se-



men. hu sunt filii regni. **Zizania** autem. filii sunt nequam. **Unimicus** autem qui seminavit ea. est diabolus. **Messis** uero. consummatio seculi est. **Messores** autem. angeli sunt. **Sicut** ergo colliguntur zizania et igni comburuntur. sic erit in consummatione seculi. **Mittet** filius hominis angelos suos. et colligent de regno eius omnia scandala. & eos qui faciunt iniquitatem. et mittent eos in carnium ignis. ibi erit fletus & stridor dentium. **Tunc** iusti fulgebunt sicut sol. in regno patris eorum. **Qui** habet aures. audiendi audiat. **Feira. Sexta.**

**Sequen. sa. Euanglii. Secundum. Marcum.** in illo tempore. **I**nterrogatus ihc a discipulis suis de consummatione seculi. dixit. **Quum** uideritis abominationem desolationis stantem ubi non debet. qui legit intelligat. **Tunc** qui in iudea sunt. fugiant in montes. **Et** qui super tectum. ne descendat in domum. **Et** nec introeat ut tollat quid de domo sua. **Et** qui in agro erit. non reuertatur retro tolle



te uestimentum suum. Ne autem pregnan-  
tibus! et nutriendis nullis diebus. Orate  
uero! ut hieme non fiant. Erunt enim di-  
es illi tribulationis tales! quales non fue-  
runt ab initio creature quam condidit deus.  
usque nunc. neque fient. Et nisi breuasset  
deus dies! non fuisset salua omnis caro. Sed  
propter electos quos elegit! breuauit dies.  
Et tunc si quis uobis dixerit. ecce hic xpc. ec-  
ce illic! ne credideritis. Resurgent enim pseu-  
do xpi et pseudo prophete! et dabunt signa  
et portenta. ad seducendos si potest fieri etiam  
electos. Nos ergo uideate! ecce predixi uobis  
omnia. *Dom. xv. post pentecosten.*  
*Sequen. sa. Luuglii. Secundum. Matheum.*  
nullo temp. **L**oquebatur ihc cum discipu-  
lis suis. in parabolis dicens. **S**imile fac-  
tum est regnum celorum homini regi! qui  
fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos  
uocare inuitatos ad nuptias! et nolabant  
uenire. Iterum misit alios seruos dicens.  
**D**icite inuitatis! ecce prandium meum



parauit. tauri mei et alalia octisa. & omnia  
 parata uenite ad nuptias. Illi autem ne  
 glexerunt. Et abierunt alius in uillam  
 suam. alius uero ad negotiationem suam.  
 Reliqui uero tenuerunt seruos eius. et con  
 tumelia affectos occiderunt. Rex autem  
 cum audisset iratus est. et missis exercitibus  
 suis perdidit homicidas illos. et ciuitatem  
 illorum succendit. Tunc ait seruis suis.  
 Nuptie quidem parate sunt. sed qui inui  
 tati erant. non fuerunt digni. Ite ergo ad  
 exitus uiam. et quoscumque inueneritis  
 uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in  
 uias. congregauerunt omnes quos inuene  
 runt malos et bonos. et implete sunt nup  
 tiae discumbentium. Intrauit autem rex ut  
 uideret discumbentes. et uidit ibi hominem  
 non uestitum ueste nuptiali. et ait illi. Ami  
 ce. quomodo huc intrasti non habens ueste  
 nuptialem. At ille obmutuit. Tunc dixit  
 rex ministris. Ligatis pedibus eius & ma  
 nibus. mittite eum in tenebras exteriores.



ibi erit fletus et stridor dēncium. Multi au-  
tem sunt uocati! pauci uero electi. *Ma. iiii.*  
*Sequen. sã. Luugli. Secundum. lucam.*  
nullo temp̃! **D**icebat ihc cuidam princi-  
pi phariseorum. **C**um facis prandium  
aut cenam! noli uocare amicos tuos neque  
fratres tuos! neque cognatos! neque uici-  
nos diuites! ne forte et ipsi te reuident.  
& fiat tibi retributio. **S**ed cum facis conui-  
uium! uoca pauperes. debiles. claudos. ce-  
cos. & beatus eris! quia non habent retribu-  
ere tibi. **R**etribuetur enim tibi! in resur-  
rectione iustorum. **H**ec cum audisset quida-  
de simul discumbentibus! dixit illi. **B**eatus  
qui manducabit panem! in regno dei.  
*stena. Sexta.*

*Sequen. sã. Luugli. Secundum. lucam.*  
nullo temp̃! **D**ixit ihc discipulis suis.  
**B**eati eritis cum uos oderint homines!  
et cum separauerint uos et exprobra-  
uerint. & eiecerint nomen uestrum tam-  
quam malum propter filium hominis.



**G**audete in illa die et exultate! ecce enim  
 merces uestra multa in celo. **S**ecundum  
 hec enim! faciebant prophetis patres eoru.  
**T**eruntamen ue uobis diuitibus! quia  
 habetis consolationem uestram. **T**e uobis  
 qui saturati estis! quia esurietis. **T**e uobis  
 qui ridetis nunc! quia lugebitis & flebitis.  
**T**e cum bene uobis dixerint omnes homi  
 nes. **S**ecundum hec faciebant pseudo pro  
 phetis patres eorum. **S**ed uobis dico qui  
 auditis. **D**iligite inimicos uestros! bene  
 faate his qui uos oderunt. **B**enedicite  
 maledicentibus uos! orate pro calumpni  
 antibus uos. **E**t qui te percussit in maxil  
 lam! prebe et alteram. **E**t ab eo qui au  
 fert tibi uestimentum! etiam tunicam no  
 li prohibere. **O**mnium autem petenti te tri  
 bue! et qui aufert que tua sunt ne repetas.  
**E**t pro ut uultis ut faciant uobis homi  
 nes! et uos faate illis similiter. **E**t si dili  
 gitis eos qui uos diligunt! que uobis est  
 gratia? **N**am et peccatores diligentes se





diligunt. **E**t si benefeceritis his qui uobis benefaciunt. que uobis est gratia. Si quidem et peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his a quibus speratis accipere. que gratia est uobis. Nam et peccatores fenerantur. ut recipiant equalia. Veruntamen diligite inimicos uestros. et benefacite. et mutuum date nichil desperantes. Et erit merces uestra. multa in celis.

**Dom. xxi. post oct. pentecosten. Sequen. sa. Luugly. Scdm. Iohannem.**



**A**t quidam regulus. cuius filius infirmabatur capharnaum. Hic cum audisset quia ihc adueniret audea in galileam. abiit ad eum. et rogabat eum ut descenderet et sanaret filium eius. Inapiebat enim mori. Dixit ergo ihc ad eum. Nisi signa et prodigia uideris. non credis. Dicit ad eum regulus. Domine. descende priusquam moriatur filius meus. Dicit ei ihc. Uade. filius tuus uiuit. Credidit homo sermone quem dixit.



it ei ihc. et ibat. **I**am autem eo descenden-  
 te. serui occurrerunt ei. et nunciauerunt  
 dicentes. quia filius eius uiuere. **I**nterro-  
 gabat ergo horam ab eis. in qua melius  
 habuerit. **E**t dixerunt ei. **Q**uia heri  
 hora septima. reliquit eum febris. **C**og-  
 nouit ergo pater quia illa hora erat. in  
 qua dixit ei ihc. filius tuus uiuit. **E**t credi-  
 dit ipse. et domus eius tota. **Feria. iiii.**  
**Sequen. scilicet. euanglii. scdm. Matheum.**  
 nullo tempore. **Q**um transisset ihc a turba.  
 uenit in synagogam eorum. **E**t ecce ho-  
 mo manuum habens aridam. **E**t interro-  
 gabant eum dicentes. **S**i licet sabbatis cu-  
 rare. **U**t accusarent eum. **I**pse autem  
 dixit illis. **Q**uis erit ex uobis homo qui ha-  
 beat ouem unam. et si ceciderit hec sabba-  
 tis in foueam. nonne tenebit et leuabit  
 eam. **Q**uanto magis melior est homo  
 oue. **I**taque licet sabbatis bene facere.  
**T**unc ait homini. **E**xtende manum tu-  
 am. **E**t extendit. **E**t restituta est sanitas.





121  
sicut altera. **Feria. Sexta.**

**Sequen. sa. Euangli. Scdm. Matheum.**

**I**n illo temp. **Q**uia uisitat ihc ciuitates  
omnes et castella. docens in synagogis eor.  
et predicans ewangelium regni. & curans  
omnem languorem & omnem infirmita-  
tem. **U**idens autem turbas misertus est eis!  
quia erant uerati. et iacentes sicut oues  
non habentes pastorem. **T**unc dicit disci-  
pulis suis. **M**ellis quidem multa. operarii  
autem pauci. **R**ogate ergo dominum  
messis. ut eiciat operarios in messem suam.  
**E**t conuocans duodecim discipulis suis.  
dedit illis potestatem spirituum immundorum.  
ut eicerent eos. et curarent omnem  
languorem. et omnem infirmitatem.

**Dom. xxii. post pentecosten.**

**Sequen. sa. Euangli. Scdm. Matheum.**

**I**n illo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**S**imile est regnum celorum homini re-  
gi. qui uoluit rationem ponere cum  
seruis suis. **E**t cum cepisset rationem po-



nerē! oblatuſ eſt ei unus. qui debebat de-  
cem milia talenta. **Q**um autem non habe-  
ret unde redderet. iuſſit eum dominuſ ei긯  
uenundari. et uxorem ei긯 & filioſ. et om-  
nia que habebat et reddi. **P**rocidens autem  
ſeruuſ ille! orabat eum dicens. **P**atenciam  
habe in me! et omnia reddam tibi. **M**iſer-  
tuſ autem dominuſ ſerui illiuſ dimiſit eum!  
& debitum dimiſit ei. **A**greſſuſ autem ſer-  
uuſ ille! inuenit unum de conſeruiſ ſuiſ  
qui debebat ei centum denarioſ. et tenens  
ſuffocabat eum dicens. **R**edde quod debes.  
**E**t procidens conſeruiſ ei긯 rogabat eum  
dicens. **P**atenciam habe in me! et omnia  
reddam tibi. **I**lle autem noluit. **S**ed abiit  
et miſit eum in carcerem. donec redderet  
debitum. **V**identes autem conſerui ei긯  
que fiebant. contriſtati ſunt ualde. **E**t  
uenerunt. et nunciauerunt domino ſuo  
omnia que facta fuerant. **T**unc uocauit  
illum dominuſ ſui긯. & ait illi. **S**erue nequā!  
omne debitum dimiſi tibi quoniam rogasti



me: **H**onnie ergo oportuit et te misereri  
conserui tui. sicut et ego tui miserus sum.

**E**t iratus dominus eius tradidit eum torto-  
ribus. quo ad usque redderet uniuersum de-  
bitum. **S**ic et pater meus celestis faciet uobis.  
si non remiseritis unusquisque fratri suo.  
de cordibus uestris. **feria. Quarta.**

**T**erant appropinquantes ad ihu publicani. **joz**

**U**sque. **Q**uam supra nonaginta nouem iustis qui non  
indigent penitencia. **R**equire. in dom. iij. post oct. pentecost.

**feria. Sexta.**

**S**equen. **sa. Euangli. Secundum. Marcum.**  
nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**V**idete quid audians. **I**nqua mensura  
mensi fueritis. remetietur uobis. et  
adiacetur uobis. **Q**ui enim habet dabitur  
illi. & qui non habet. etiam quod habet aufe-  
retur ab illo. **E**t dicebat. **S**ic est regnum  
dei. quemadmodum si faciat homo semen  
in terra et dormiat. **E**t eruat  
nocte ac die. & semen germinet. et in cres-  
cat dum nescit ille. **U**ltro enim terra



fructificat. primum herbam. deinde spicam.  
deinde plenum frumentum in spica. Et cum  
se produxerit fructus. statim mittit falcem.  
quoniam adest messis. **Dom. xxiii.**

**Sequen. sa. Luugli. Scdm. Matheum.**

nullo temp. **A**b euntes pharisei consilium  
inierunt. ut caperent ihm in sermone. Et  
mittunt ei discipulos suos. cum herodianis  
dicentes. Magister. scimus quia uerax es.  
et uiam dei in ueritate doces. & non est tibi  
cura de aliquo. Non enim respicias personam  
hominum. Dic ergo nobis. quid tibi ui-  
deatur. Licet census dare cesari an non.  
Cognita autem ihc nequicia eorum ait.  
Quid me temptatis hypocrite. Ostendi-  
te michi numisma census. At illi obtule-  
runt ei denarium. Et ait illis ihc. Quis  
est imago hec et supra scriptio. Dicunt  
ei. Cesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo  
que sunt cesaris cesari. et que sunt dei  
deo. **Feria. Quarta.**

**Sequen. sa. Luugli. Scdm. Matheum.**



**I**n illo tempore. **Q**um uenisset ihc et discipu-  
li eius in capharnaum. accesserunt qui di-  
dragma accipiebant ad petrum. et dixerunt  
ei. Magister uester non soluit didragma.  
ait. Quam. Et cum intrasset in domum.  
preuenit eum ihc dicens. Quid tibi uideatur  
simon. Reges terre a quibus accipiunt  
tributum uel censum. a filiis suis an ab alienis.  
Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi ihc.  
Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scan-  
dalizemus eos. uade ad mare et mitte animum.  
et cum pisce qui primus ascenderit tolle.  
Et aperto ore eius. inuenies staterem.  
illum sumens. da eis pro me et te. *feria. vi.*  
*Sequen. sa. E uuglii. scdm. Marcum.*  
**I**n illo tempore. **N**on uenerunt ad ihm phari-  
sei. et quidam descibis uenientes ab hiero-  
solimis. Et cum uidissent quosdam ex disci-  
pulis eius communibus manibus id est non  
lotis manducare panes. uituperauerunt.  
Pharisei enim et omnes iudei. nisi crebro la-  
uent manus non manducant. tenentes



traditionem seniorum. **E**t a foro nisi bap-  
 tizentur non comedunt. **E**t alia multa  
 que tradita sunt illis seruare: baptismata  
 calicum et urceorum. et cramentorum &  
 lectorum. **E**t interrogabant eum phari-  
 sei et scribe. **Q**uare discipuli tui non am-  
 bulant iuxta traditionem seniorum. sed  
 communibus manibus manducant panem.  
**A**t ille respondens. dixit eis. **B**ene prophe-  
 tauit esayas de uobis ypocritas. sicut scrip-  
 tum est. **P**opulus hic labiis me honorat.  
 cor autem eorum longe abest a me. **I**nua-  
 num autem me colunt. docentes doctrinas  
 precepta hominum. **R**elinquentes enim  
 mandatum dei. tenetis traditiones homi-  
 num. **D**omi. xv. iiii. post pentecosten.  
 Sequen. sa. euanglii. S. dom. Math. cum. iiii. iiii.  
 nullo temp. **L**oquente ihu ad turbas.  
 ecce princeps unus accessit. et adorauit eum  
 dicens. **F**ilia mea modo defuncta est. sed  
 ueni impone manum super eam et uiuet.  
**E**t surgens ihc sequebatur eum. et disci-







**I**sequen<sup>ti</sup> sa. **E**uangelii. **S**ecundum **I**ohannem.

in illo tempore. **Q**uoniam subleuasset ergo oculos  
 ihesu et uidisset quia multitudo maxima ue-  
 nit ad eum. dicit ad philippum. **U**nde eme-  
 mus panes. ut manducent hi. **H**oc autem  
 dicebat. temptans eum. **I**psa enim sciebat.  
 quid esset facturus. **R**espondit ei philippus.  
**D**ucentorum denariorum non sufficiunt  
 eis. ut unusquisque modicum quid accipiat.  
**D**icit ei unus ex discipulis eius. andreas fra-  
 ter symonis petri. **E**st puer unus hic.  
 qui habet quinque panes hordeaceos. et  
 duos pisces. **S**ed hec quid sunt inter tantos.  
**D**ixit ergo ihesus. **F**acite homines discumbere.  
**E**rat autem seenum multum in loco. **D**is-  
 cumbunt ergo uiri. numero quasi quinque  
 milia. **A**ccepit ergo panes ihesus. et cum gratias  
 egisset distribuit discumbentibus. **S**imiliter  
 et expisabus. quantum uolebant. **U**t autem  
 impleta sunt. dicit discipulis suis. **C**olli-  
 gite que superauerunt fragmenta. ne pere-  
 ant. **C**ollegerunt ergo. et impleuerunt



duodecim cophinos fragmentorum. ex quin-  
que panibus hordeaceis: que super fuerunt  
his qui manducauerant. Illi ergo homines  
cum uiderent quod fecerat signum dicebant.  
**Quia hic est uere propheta: qui uenturus  
est in mundum. Fera. Quarta.**  
**sequen. sa. Luugi. Scdm. Math cum.**  
nullo tempore! **Q**um uenisset ihc in domum  
petri: uidit socrum eius iacentem et febricitan-  
tem. **E**t tenuit manum eius: et dimisit eam  
febris. **E**t surrexit: et ministrabat eis. **T**es-  
pere autem facto: obtulerunt ei multos demo-  
nia habentes: & eiecerat spiritus uerbo. et om-  
nes male habentes curauit. **U**t adimplere-  
tur quod dictum est per esaiam prophetam  
dicentem. **I**psa infirmitates nostras accepit:  
et egrotationes portauit. **U**idens autem ihc  
turbas multas circum se: iussit ut transire-  
nt. **E**t accedens unus scriba: ait illi. **M**a-  
gister: sequar te quocumque ieris. **E**t di-  
xit ei ihc. **V**ulpes foueas habent. & uolucres  
celi nidus: filius autem hominis non habet



ubi caput reclinat. Alius autem de discipulis  
 eius: ait illi. **Domine:** permitte me primū  
 ire: et sepelire patrem meum. **Ihs** autem ait  
 illi. **Sequere me:** et dimitte mortuos: sepeli-  
 re mortuos suos. **FERIA. SEXTA.**

**Sequen. s̄a. Luglii. Secundum. Lucam.**

**N**ullo temp. **D**ixit adhuc quidam de turba.  
**Magister:** dic fratri meo: ut diuidat mecum  
 hereditatem. At ille dixit ei. **Homo:** quis me  
 constituit iudicem. aut diuisorem super uos.  
**D**ixitque ad illos. **Uidete et caute:** ab omni  
 auaritia. **Quia** non in abundantia cuiusquā  
 uita eius est ex his que possidet. **D**ixit autem  
 similitudinem ad illos dicens. **H**ominis cuius-  
 dam uberes fructus ager attulit. et cogitabat  
 intra se dicens. **Q**uid faciam quod non habeo  
 quo congregem fructus meos? **E**t dixit. **H**oc  
 faciam. **D**estruam horrea mea et maiora  
 faciam: et illuc congregabo omnia que nata  
 sunt michi: et bona mea. et dicam anime mee:  
**A**nima: habes multa bona posita in annos plu-  
 rimos. **R**equiesce. comede. bibe. epulare. **D**ixit



971  
it autem illi deus. **S**tulte. hac nocte animam  
tuam repetunt a te. que autem parasti diuis  
erunt. **S**ic est qui thesaurizat sibi. et non  
est in diem diues. **D**ixitque ad discipulos  
suos. **I**deo dico uobis. nolite solliciti esse ani  
me quid manducetis. neque corpori quid  
uestiamini. **A**nima plus est quam esca. et cor  
pus quam uestimentum. **C**onsiderate coruios  
quia non seminant neque metunt. quibus  
non est cellarium. neque horreum. et deus  
passit illos. **Q**uanto magis uos pluris estis  
illis. **Q**uis autem uestrum cogitando po  
test adicere ad staturam suam cubitum unum.  
**S**i ergo neque quod minimum est potestis.  
quid deceteris solliciti estis. **C**onsiderate  
lilia quomodo crescunt. non laborant neque  
nunt. **D**ico autem uobis. nec salomon in  
omni gloria sua uestiebatur sicut unum ex  
illis. **S**i autem fenum agri quod hodie ma  
gno est. et cras in dybanum mittitur deus sic  
uestit. quanto magis uos pusille fidei. **E**t  
uos nolite querere quid manducetis. aut



quid bibatis. **E**t nolite in sublime tolli.

**H**ec enim omnia gentes mundi querunt.

**P**ater autem uester scit quoniam his indi-

gens. **T**eruntamen querite regnum dei.

et hec omnia adicientur uobis.

**D**omi. iiii. Ante nat. domini.

**S**equen. sa. Luugi. Scdm. Matheum.

nullo temp. **Q**um appropinquassent hic

rosolimis. & uenissent bethfage ad montem

oliueti. tunc misit duos discipulos dicens

eis. **I**te in castellum quod contra uos est. et

statim inuenietis asinam alligatam et pullum

cum ea. soluite et adducate michi. **E**t si quis

uobis aliquid dixerit. dicate quia dominus

his opus habet. & confestim dimittet eos. **H**oc

autem factum est. ut adimpleretur quod

dictum est per prophetam dicentem. **D**icate

filie syon. ecce rex tuus uenit tibi mansuetus.

et sedens super asinam & pullum filium sub-

ingalis. **Q**uantes autem discipuli. fecerunt

sicut preceperat illis ihc. **E**t adduxerunt

asinam et pullum. & imposuerunt super



cos uestimenta sua. et cum desuper sedere se-  
cerunt. **P**lurima autem turba. strauerunt  
uestimenta sua inuisa. Alii autem cedebant  
ramos de arboribus. et sternerant inuisa.

**T**urbe autem que precedebant et que seque-  
bantur. clamabant dicentes. **S**anna fi-

lio dauid. benedictus qui uenit. in nomine  
domini. **F**eria. **Q**uarta.

**S**equen. sa. **L**uuglu. **S**edm. **M**athewm. 3.  
in illo temp. **V**enit iohannes baptista.

predicans in deserto iudee et dicens. **P**eniten-  
ciam agite. appropinquabit enim regnum  
celorum. **H**ic est enim dictum est per esa-

iam dicentem. **V**ox clamantis in deserto.  
parate uiam domini. rectas facite semitas

eius. **I**pse autem iohannes habebat uesti-  
mentum de pilis camelorum. et zonam

pelliceam circa lumbos suos. **A**sca autem  
eius erat. locuste. et mel siluestre. **T**unc eri-

ebat ad eum hierosolima. et omnis iudea.  
et omnis regio circa iordanem. **E**t bap-

tizabantur in iordane ab eo. confitentes



pectata sua. **Feria. Sexta. Scdm. lucam.** 3

nullo tempore. **D**icebat iohannes ad tur-  
bas. que exiebant ut baptizarentur ab ip-  
so. **G**enimina uiperarum. quis ostendit  
uobis fugere auentura uia. **F**acite ergo  
fructus dignos penitencie. **E**t ne ceperitis  
dicere. patrem habemus abraham. **D**ico  
enim uobis. quia potens est deus. delapidibus  
istis suscitare filios abrahę. **I**am enim securis  
ad radicem arborum posita est. **O**mnis ergo  
arbor non faciens fructum bonum. exade-  
tur et in ignem mittetur. **E**t interroga-  
bant eum turbe dicentes. **Q**uid ergo faci-  
emus. **R**espondens autem. dicebat illis.  
**Q**ui habet duas tunicas. det non habenti.  
**E**t qui habet escas. similiter faciat. **T**e-  
nerunt autem et publicani ut baptizaren-  
tur. et dixerunt ad illum. **M**agister. quid  
faciemus. **A**t ille dixit ad eos. **N**ihil ampli-  
us quam quod constitutum est uobis faci-  
tis. **I**nterrogabant autem eum et milites



dicentes. **Q**uid faciemus et nos? **E**t ait  
illis. **N**eminem concutiatis. neque calump-  
niam faciatis. **E**t contenti estote stipendia  
uestra. **C**onfirmate autem populo. et cogi-  
tantibus omnibus in cordibus suis de iohanne.  
ne forte ipse esset xpc. respondit iohannes di-  
cens omnibus. **E**go quidem aqua baptizo uos.  
**V**eniet enim fortior me. cuius non sum dig-  
nus soluere corrigiam calceamentorum eius.  
**I**pse uos baptizabit. in spiritu sancto & igni.  
**Q**uius uentilabrum in manu eius. et purga-  
bit arcam suam. et congregabit triticum in  
horreum suum. paleas autem comburet igni  
inextinguibili. **M**ulta quidem et alia exhor-  
tans. euangelizabat populo. **Dom. iii.**  
**Sequen. sa. Luugli. Secundum. lucam.**  
nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.  
**E**runt signa in sole et luna et stellis.  
et in terris pressura gentium. **P**re-  
confusione sonitus maris et fluctuum. **A**res-  
centibus hominibus pre timore et expectatio-  
ne. que super uenient uniuerso orbi. **H**am





uirtutes celorum mouebuntur. **E**t tunc  
 uidebunt filium hominis uenientem in nube.  
 cum potestate magna et maiestate. **H**is au-  
 tem fieri incipientibus. respicite et leuate  
 capita uestra. quoniam appropinquat re-  
 demptio uestra. **E**t dixit illis similitudine.  
**U**idete ficulneam et omnes arbores cum pro-  
 ducant iam ex se fructum. satis quoniam  
 prope est estas. **I**ta et uos cum uideritis hec  
 fieri. scitote quoniam prope est regnum dei.  
**A**men dico uobis. quoniam non preteribit  
 generatio hec. donec omnia fiant. **C**elum  
 et terra transibunt. uerba autem mea non  
 transibunt. **F**eria. **Q**uarta.

**Sequen. sa. Augli. Scdm. Matheum. II.**

**I**n illo temp. **D**icebat ihc turbis. Amen  
 dico uobis. non surrexit inter natos mulie-  
 rum. maior iohanne baptista. **Q**ui autem  
 minor est in regno celorum. maior est illo.  
**A**d diebus autem iohannis baptiste. usque  
 nunc regnum celorum uim patitur. et uio-  
 lenti rapiunt illud. **O**mnes enim prophete



et lex. usque ad iohannem propheta uerunt.  
**E**t si uultis recipere. ipse est helyas qui uen-  
turus est. **Q**ui habet aures! audiendi audi-  
at. **Stetia. Sexta.**

**Sequen. sa. Luugli. Sedm. Mathcum.**  
**I**n illo temp. **I**ohannes <sup>ba</sup> testimonium perhi-  
bet <sup>ba</sup> de domino. & clamat dicens. **H**ic erat  
quem dixi. qui post me uenturus est. ante  
me factus est. quia prior me erat. **E**t de ple-  
nitudine eius nos omnes accepimus. et gra-  
tiam pro gratia. quia lex per moysen data  
est. gratia et ueritas per ihm xpm facta  
est. **D**eum nemo uidit unquam. **U**ngi-  
nitus filius qui est in sinu patris. ipse enar-  
rauit. **Dom. ij. ante. nat. domini.**



**Sequen. sa. Luugli. Sedm. Mathcum.**  
**I**n illo temp. **Q**um audisset iohannes in  
uinculis opera xpi. mittens duos de discipu-  
lis suis. ait illi. **T**u es qui uenturus es. an  
alium expectamus. **E**t respondens ihc.  
ait illis. **E**untes renunciate iohanni.  
que audistis & uidistis. **M**ea uident. claudi



ambulant. leprosi mundantur. Surdi au-  
diunt. mortui resurgunt. pauperes ewan-  
gelizantur. **E**t beatus est qui non fuerit  
scandalizatus in me. **I**llis autem abeun-  
tibz. cepit ihc dicere ad turbas de iohanne. **Q**uid  
existis in deserto uidere. harundinem  
uento agitatum. **S**ed quid existis uidere.  
hominem mollibus uestitum. **E**cce qui  
mollibus uestiuntur. in domibus regum  
sunt. **S**ed quid existis uidere. prophetam.  
etiam dico uobis. et plusquam prophetam.

**H**ic enim est. de quo scriptum est. **E**cce ego  
mitto angelum meum ante faciem tuam.  
qui preparabit uiam tuam. ante te.

**F**eria. iiii. Mense. x.

**S**equen. sa. euanglii. Secundum. lucam.

nullo temp. **M**issus est angelus gabriel  
a deo in ciuitatem galilee. cui nomen nazareth.  
ad uirginem desponsatam uiro. cui nomen  
erat ioseph. de domo dauid. & nomen uirgi-  
nis maria. **E**t ingressus angelus ad eam  
dixit. **A**ue gratia plena. dominus tecum. be-



nedicta tu in mulieribus. **Q**ue cum au-  
disset. turbata est in sermone eius. et cogi-  
tabat qualis esset ista saluatio. **E**t ait an-  
gelus ei. **N**e timeas maria. inuenisti enim  
gratiam apud deum. **E**cce concipies in ute-  
ro et paries filium. et uocabis nomen eius  
ihm. **H**ic erit magnus. et filius altissimi  
uocabitur. **E**t dabit illi dominus deus  
sedem dauid patris eius. et regnabit in do-  
mo iacob in eternum. et regni eius non  
erit finis. **D**ixit autem maria ad ange-  
lum. **Q**uomodo fiet istud. quoniam uirum  
non cognosco. **E**t respondens angelus.  
dixit ei. **S**piritus sanctus superueniet  
in te. et uirtus altissimi obumbrabit tibi.  
ideoque et quod nascetur sanctum uocabi-  
tur filius dei. **E**t ecce elisabeth cognata  
tua. et ipsa concepit filium in senectute  
sua. **E**t hic mensis est sextus illi. que uo-  
catur sterilis. quia non erit impossibile  
apud deum omne uerbum. **D**ixit autem  
maria. **E**cce ancilla domini. fiat michi



Secundum uerbum tuum. **Feria. vi.**

**Sequen. sa. Euangli. Secundum. lucam.**



**M**ullo temp. **M**urgens maria indiebus illis. abiit in montana cum festinatione in ciuitatem iuda. et intrauit in domum zacharie. & salutauit elisabeth. **E**t factum est ut audiuit salutationem marie elisabeth. exultauit infans in utero eius. **E**t repleta est spiritu sancto elisabeth. et exclamauit uoce magna et dixit. **B**enedicta tu inter mulieres. et benedictus fructus uentris tui. **E**t unte hoc michi. ut ueniat mater domini mei ad me. **E**cce enim ut facta est uox salutationis tue in auribus meis. exultauit in gaudio infans in utero meo. **E**t beata que credidit. quoniam perficientur ea que dicta sunt ei a domino. **E**t ait maria. **M**agnificat anima mea dominum. & exultauit spiritus meus. in deo salutari meo.

**Sabbato. Admissam publicam.**

**Sequen. sa. Euangli. Secundum. lucam.**



nullo tempore. **A**nno quinto decimo impe-  
rii tyberii cesaris. procurante poncio pila-  
to iudeam. tetrarcha autem galilee. herode.  
philippo autem fratre eius tetrarcha ituree.  
et draconitidis regionis. et lysania abiline  
tetrarcha. sub principibus sacerdotum.  
anna et caipha. factum est uerbum domi-  
ni super iohannem zacharie filium inde-  
serto. **E**t uenit in omnem regionem  
iordani. predicans baptismum peniten-  
tie in remissionem peccatorum. sicut  
scriptum est in libro sermonum esaye  
prophete. **V**ox clamantis in deserto. pa-  
rate uiam domini. rectas facite semitas  
eius. **O**mnis uallis implebitur. et om-  
nis mons et collis humiliabitur. **E**t erunt  
præua indirecta. et aspera in uias planas.  
**E**t uidebit omnis caro. salutare dei.  
**Dom. i. ante nat. domini. admissam.**  
**Sequen. sã. euangli. scdm. Iohannem.**  
nullo tempore. **M**iserunt iudei ab hiero-  
solimis sacerdotes et leuitas ad iohannem.



ut interrogarent eum; tu quis es? **E**t  
 confessus est: et non negavit. **E**t confes-  
 sus est: quia non sum ego xpc. **E**t inter-  
 rogauerunt eum. **Q**uid ergo? **H**elyas  
 es tu? **E**t dixit. **N**on sum. **P**ropheta es tu?  
**E**t respondit. **N**on. **D**ixerunt ergo ei.  
**Q**uis es ut responsum demus his qui mi-  
 serunt nos? **Q**uid dicas de te ipso? **A**it.  
**E**go uox clamantis in deserto. dirigite  
 uiam domini: sicut dixit esayas propheta.  
**E**t qui missi fuerant: erant exphariseis.  
**E**t interrogauerunt eum: & dixerunt  
 ei. **Q**uid ergo baptizas. si tu non es xpc.  
 neque helyas neque propheta? **R**espon-  
 dit eis iohannes dicens. **E**go baptizo in  
 aqua: medius autem uestrum stetit que-  
 uos non satis. **I**pse qui post me uenturus  
 est. qui ante me factus est: cuius ego non  
 sum dignus ut soluam eius corrigiam  
 calceamenti. **H**ec in bethania facta sunt.  
 trans iordanem. ubi erat iohannes baptisatus.







in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad illum omnis iudee regio et hierosolymite uniuersi. et baptizabantur ab illo in iordane flumine. confitentes peccata sua. Et erat iohannes uestitus pilis camelis. et zona pellicia circa lumbos eius. et locustas et mel siluestre edebat. Et predicabat dicens. Venit fortior me post me. cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamentorum eius. Ego baptizo uos in aqua. ille uero baptizabit uos in spiritu sancto.

*Incipiunt Euangelia per articulum annuum.*

*De sanctis.*

Inuat. s. Siluestri. <sup>135.</sup> **U**igilate quia nescis.

Inuat. s. Pauli he. <sup>138.</sup> **A**ccite nos requimus. o.

Inuat. s. Hylari. <sup>129.</sup> **U**idete uigilate et ora.

Inuat. sancti Felias. Ad publicanum. missam.

*Sequen. sa. Eugli. Secundum lucam.*

nullo tempore. **D**ixit ihc discipulis suis.

**Q**ui uos audit me audit. et qui uos spernit. me spernit. **Q**ui autem me sper-



nit. spernit eum qui me misit. Reuersi sunt  
autem septuaginta duo. cum gaudio dicen-  
tes. Domine. etiam demonia subiiciuntur  
nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbam  
sathanan. sicut fulgur de celo cadentem. Ec-  
ce dedi uobis potestatem calcandi supra ser-  
pentes et scorpiones. & supra omnem uirtu-  
tem inimici. et nichil uobis nocebit. Verum  
tamen in hoc nolite gaudere quia spiritus  
uobis subiiciuntur. gaudete autem quod no-  
mina uestra scripta sunt in celis.

Innat. s. Mauri. Lugl. **N**emo lucernam ac-

Innat. s. Martelli. Lug. **N**omo quida peregre.

Innat. s. Antonii. Lug. **A**cte nos reliquimus.

Innat. s. Prisce. Luglin. **S**imile e reg. & the.

Innat. s. Sebastianu. & Fabiani.

sequen. sa. Luuglii. Secundum lucam.

nullo temp. **D**escendens ihc demonte.

stetit in loco campestris. et turba discipuloru

eius. et multitudo copiosa plebis ab omni iu-

dea & hierusalem. et maritima. et tyri. & sydo-

nis. qui uenerant ut audirent eum. et sana-



ventur alanguoribus suis. **E**t qui ueraban-  
 tur aspiritibus immundis: curabantur. **E**t  
 omnis turba querebat eum tangere: quia  
 uirtus de illo exiebat & sanabat omnes. **E**t  
 ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat.  
**B**eati pauperes: quia uestrum est regnum  
 dei. **B**eati qui nunc esuritis: quia saturabi-  
 mini. **B**eati qui nunc fletis: quia ridebitis.  
**B**eati eritis: cum uos oderint homines. et  
 cum separauerint uos & exprobrauerint.  
 et eiecerint nomen uestrum tamquam ma-  
 lum. propter filium hominis. **G**audete in  
 illa die et exultate. **E**cce enim merces  
 uestra. multa in celo. *Megmadi mūs Letio Nisi granū s.*

*128*  
**S.** Agnetis. **Lug.** **S**imile ē. r. c. decem.

**I**uat. **S.** Vincencii. **N**isi granum frumē.

**I**uat. **S.** Thimothei. **N**oc est pceptum me.

**I**n Conuersione sancti Pauli apostoli.

**S**equen. **S.** Luueglu. **S**ecundum. **L**ucam.

**I**n illo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**H**omo quidam erat diues: qui habebat  
 uillicum: et hic diffamatus est apud il-



lum . quasi dissipasset bona ipsius . **E**t uo-  
cauit illum . & ait illi . **Q**uid hoc audio de-  
te . **R**edde rationem uillicationis tue . iam  
enim non poteris uillicare . **A**it autem uil-  
licus intra se . **Q**uid faciam . quia dominus  
meus aufert a me uillicationem . **F**odere  
non ualeo . mendicare erubescio . **S**ao quid  
faciam . ut cum amotus fuero a uillicatione .  
reapiant me in domos suas . **C**onuoctis  
itaque singulis debitoribus domini sui . dice-  
bat primo . **Q**uamtuam debes domino meo .  
**A**t ille dixit . **C**entum cados olei . **D**ixitque  
illi . **A**ccepe cautionem tuam . et sede aco scribe  
be quinquaginta . **D**einde alio dixit . **T**u  
uero quantum debes . **Q**ui ait . **C**entum  
choros tritici . **Q**ui ait illi . **A**ccepe litteras  
tuas . & scribe octoginta . **E**t laudauit do-  
minus uillicum iniquitatis . quia pruden-  
ter fecisset . quia filii huius seculi prudentio-  
res filis lucas in generatione sua sunt . **E**t  
ego uobis dico . **F**acite uobis amicos de mam-  
mona iniquitatis . ut cum defeceritis reapiant



ant uos. in eterna tabernacula.

In oct. s. Agnens. Simile e. re. ce. thesauris.

In oct. s. Brigide. v. Simile e. reg. ce. decem.

Valerij epi & confess  
Lepo & car  
Ev<sup>m</sup> Hoqda no

In purificatione sancte Marie. virginis.

Sequen. sa. Euagli. Secundum. lucam.

In illo temp. **P**ostquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem moysi. tulerunt illum in hierusalem. ut offerrent eum domino. sicut scriptum est in lege domini. quia omne masculinum adaperiens uulnam. sanctum domino uocabitur. & ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini. parturiturum aut duos pullos columbarum. **E**t ecce homo erat in hierusalem cui nomen symeon. & homo iste iustus et timoratus. expectans consolationem israel. et spiritus sanctus erat in eo. **E**t responsum acceperat a spiritu sancto. non uisurum se mortem. nisi prius uideret xpm dominum. **E**t uenit in spiritu in templum. **E**t cum inducerent puerum ihm





patientes eius. ut facerent secundum consue-  
tudinem legis pro eo. et ipse accepit eum in  
ulnas suas. et benedixit deum et dixit.  
**H**unc dimittis seruum tuum domine se-  
cundum uerbum tuum in pace. quia uide-  
runt oculi mei salutare tuum. quod parasti  
ante faciem omnium populorum. lumen  
ad reuelationem gentium. et gloriam ple-  
bis tue israel.

**I**nnat. s. Blasii. Lug. <sup>s. lucam. 179</sup> Siquis uult post me  
**I**nnat. s. Agathe. Luug. <sup>187</sup> Simile e reg. c. thesau.  
**I**nnat. s. Scolastice. eu. <sup>187</sup> Simile e. r. c. decem. v.  
**I**nnat. s. Valentinii. <sup>189</sup> Siquis uult post me  
**I**nnat. s. Iuliane. euu. <sup>187</sup> Simile e reg. c. thesau.  
**I**nnat. s. pet. cathedra. <sup>190</sup> Uenit ihc in partes  
**I**n uigilia. s. Mathie. ap. <sup>189</sup> Ego sum uitis uera.  
**I**ndie Sancto ad publicam Iustam.  
**S**equen. sa. Luugli. Secundum. Mathieum <sup>xi</sup>  
nullo temp. **R**espondens ihc dixit. **N**on  
fiteor tibi pater. domine celi et terre. quia  
abscondisti hec a sapientibus et prudenti-  
bus. et reuelasti ea paruulis. **I**ta pater. quo

*Pymentis mris  
Ew 181  
Dil optu*



nam sic fuit placitum ante te. **O**mnia  
 michi tradita sunt a patre meo. **E**t nemo no-  
 uit filium nisi pater. neque patrem quis no-  
 uit nisi filius. et qui uoluerit filius reuelare.  
**V**enite ad me omnes qui laboratis et onera-  
 ti estis. et ego reficiam uos. **C**ollite iugum  
 meum super uos. et discite a me quia mitis  
 sum et humilis corde. et inuenietis requie-  
 m animabus uestris. **I**ugum enim meum sua-  
 ue est. et onus meum leue.

**Innat. s. Walpurgis. S**imile est v. c. decem.

**Innat. s. Gregorii. p. V**igilate quia nescitis.

**Innat. s. Benedicti. A**cte nos reliquimus. o.

**In Annuntiatione sancte Marie.**

**Sequent. s. Luug. Scdm. lucam. I**n illo temp.



**A**usus est angelus gabriel. a deo.  
 in ciuitatem galilee cui nomen  
 nazareth. ad uirginem despon-  
 satam uiro cui nomen erat  
 ioseph. de domo dauid. et no-  
 men uirginis maria. **E**t ingressus ange-  
 lus a deo dixit. **A**ue gratia plena. dominus



tecum. **B**enedicta tu in mulieribus. **Q**uoniam cum audisset. turbata est in sermone eius. et cogitabat qualis esset ista saluatio. **E**t ait angelus ei. **N**e timeas maria. inuenisti enim gratiam apud deum. **E**cce concipies in utero et paries filium. & uocabis nomen eius ihu. **H**ic erit magnus. et filius altissimi uocabitur. **E**t dabit illi dominus deus sedem dauid patris eius. & regnabit in domo iacob in eternum. et regni eius non erit finis. **D**ixit autem maria ad angelum. **Q**uomodo fiet istud. quoniam uirum non cognosco. **E**t respondens angelus. dixit ei. **S**piritus sanctus superueniet in te. & uirtus altissimi obumbrabit tibi. ideoque et quod nascetur sanctum. uocabitur filius dei. **E**t ecce elizabeth cognata tua. & ipsa concepit filium in senectute sua. **E**t hic mensis est sextus illi que uocatur sterilis. quia non erit impossibile apud deum omne uerbum. **D**ixit autem maria. **E**cce ancilla domini. fiat michi secundum uerbum

11 Ex te



tuum. Inuat. s. Ambrosii. Admissam.  
 Sequen. sa. Euanglii. Secundum. Matheum.  
 nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**U**os estis sal terre. **Q**uod si sal euane-  
 rit. in quo salietur. Ad nichilum ua-  
 let ultra. nisi ut mittatur foras. et conculce-  
 tur ab hominibus. **U**os estis lux mundi.

**N**on potest ciuitas abscondi supra montem  
 posita. neque accendunt lucernam et po-  
 nunt eam sub modio. sed super candelabrum.  
 ut luceat & omnibus qui in domo sunt. **S**ic  
 luceat lux uestra coram hominibus. ut ui-  
 deant uestra bona opera. et glorificent pa-  
 trem uestrum qui in celis est.

Inuat. s. Tyburci. **N**oc est preceptum me.  
 Inuat sancti Georgii. m. Admissam.

Sequen. sa. Euanglii. Secundum. Iohannem.  
 nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**E**go sum uitis uera. et pater meus  
 agricola est. **O**mnem palmitem in  
 me non ferentem fructum tollet eum. et  
 omnem qui fert fructum purgabit eum.

*Evj. Hoqda peg  
 Leois. Lito. L. ac. fac.  
 Henepi. Theopoti. Lito.  
 Subt. iusti. Evj. Eo. su. uis.  
 vera.*



Dedicatio in Vltima  
Evangelio Ingressu Ihs pa  
133.

ur fructum plus afferat. **N**am uos mundi  
estis. propter sermonem quem locutus sum  
uobis. **M**anete in me. et ego in uobis. **S**icut  
palmes non potest ferre fructum a semetip  
so nisi manserit in uita. sic nec uos. nisi in  
me manseritis. **E**go sum uitis. uos palme  
res. **Q**ui manet in me. et ego in eo. hic fert  
fructum multum. quia sine me nihil po  
testis facere. **S**iquis in me non manserit.  
mictetur foras sicut palmes & aresecer. et  
colligent eum. et uignem mittent et ardet.  
**S**i manseritis in me. & uerba mea in uobis  
manserint. quodcumque uolueritis petetis.  
et fiet uobis. **In**iañ sancti **M**arc. Admissam.  
**S**equen. sa. **E**uuglii. **S**ecundum. **M**arcum.  
nillo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.



Facilius est camelum perforamen  
acus transire. quam diuitem in  
trare in regnum dei. **Q**ui magis  
admirabantur. dicentes ad semet  
iplos. **A**t quis potest saluus fieri.  
**A**t intuens illos ihc ait. **N**on potest homi





nes impossibile est. sed non apud deum.

**O**mnia enimabilia sunt apud deum.

**E**t cepit ei petrus dicere. **A**cte nos diuini  
simus omnia. et secuti sumus te. **R**espon-

dens ihc ait. **A**men dico uobis. nemo  
est qui reliquerit domum. aut fratres.

aut sorores. aut uxorem. aut patrem. aut  
matrem. aut filios. aut agros. propter me  
et propter euangelium. qui non accipi-  
et centies tantum nunc in tempore hoc  
domos et fratres & sorores. aut patrem  
& filios et agros. cum persecutionibus.  
et in seculo futuro. uitam eternam.

**I**nnat. s. Vitalis. Luigl. **E**go sum uitis.

**I**nvigilia. sanctorum. philippi. & iacobi.

**S**equen. sa. Luigl. **S**ecundum. Iohanne.

nullo tempore. **D**ixit ihc discipulis suis.

**A**men dico uobis. quia plorabitis et

flebitis uos. mundus autem gaude-

bit. **V**os autem contristabimini.

sed tristitia uestra uertetur in gaudium.

**M**ulier cum parit tristitiam habet quia



uenit hora eius! cum autem pepererit  
puerum. iam non meminit pressure  
propter gaudium. quia natus est homo  
in mundum. Et uos igitur nunc qui  
idem tristitiam habetis! iterum autem ui  
debo uos. & gaudebit cor uestrum. Et  
gaudium uestrum. nemo tollet a uobis.

*Innat aplos. philippi. et Jacobi. Admissam.  
Sequen. sa. Eunglu. Scdm. Iohannem.*

*In illo tempore.* **D**ixit ihc discipulis suis scilicet. neq. formid.

**N**on turbetur cor uestrum. **C**redidistis  
in deum. & in me credite. **I**n domo

patris mei mansiones multe sunt.  
**S**iquominus dixissem uobis. quia uado  
parare uobis locum. **E**t si abiiero et pre  
parauero uobis locum. iterum uenio &

accipiam uos ad me ipsum. ut ubi sum  
ego. et uos sintis. **E**t quo ego uado scitis. et  
uiam scitis. **D**ixit ei thomas. **D**omine!


nescimus quo uadis. & quomodo possu  
mus uiam scire. **D**ixit ei ihc. **E**go sum

uia. & ueritas. et uita. **N**emo uenit ad pa





trem. nisi per me. Si cognouissetis me. &  
 patrem meum utique cognouissetis. Et  
 amodo cognouissetis eum. et uidistis eum.  
 Dicit et philippus. Domine. ostende no-  
 bis patrem. et sufficiat nobis. Dicit ei ihc.  
 Tanto tempore uobiscum sum. & non cog-  
 nouistis me philippe. Qui uidet me. uidet  
 et patrem. Quomodo tu dicas ostende  
 nobis patrem. Non credis quia ego in  
 patre. & pater in me est. Verba que ego  
 loquor uobis. a me ipso non loquor. pater in  
 me manens. ipse facit opera. Non creditis  
 quia ego in patre. & pater in me est. Alio-  
 quin. propter opera ipsa credite. Amen  
 amen dico uobis. qui credit in me. opera  
 que ego facio et ipse faciet. & maiora  
 ipsorum faciet. quia ego ad patrem uado.  
 et quodcumque petieritis in nomine meo.



hoc faciam. **Alexandri. &. N**ec mando uo De Spinea Corona  
**luminentō. scē. F.** 98. requirere moct. 3. per recoltan. Ex. 17. 8. pph. d. p. uat.  
**Joannis. m. portā. A**ccessit ad ihm. 19. ihm & flagellat. me i. passioe. 27. ioh. 8. 76.  
**Gordiani. & spina. U**idens ihc tū. 160. Requie i. fest. omni scōz.



Innat. s. Pancracii. Hereti. & Achillei.

Sequen. s. Euanglii. Secundum. Matheum.



nullo temp. **A**ccesserunt ad ihm pharisei. temptantes eum et dicentes. Si licet homini dimittere uxorem suam. quacumque ex causa. **Q**ui respondens. ait eis. Non legistis. quia qui fecit ab inicio masculinum et feminam fecit eos. & dixit propter hoc dimittet homo patrem et matrem. & adhaerebit uxori sue. et erunt duo in carne una. **I**taque iam non sunt duo. sed una caro.

**Q**uod ergo deus coniunxit. homo non separet. **D**icunt illi. **Q**uid ergo moyses mandavit dari libellum repudii et dimittere. **A**it illis. **Q**uoniam moyses adductam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras. ab inicio autem non sic fuit. **D**ico autem uobis. quia quicumque dimiserit uxorem suam. nisi ob fornicationem & aliam duxerit mechatur. et qui dimissam duxerit mechatur. **D**icunt ei



discipuli eius. **S**i ita est causa hominis  
cum uxore: non expedit nubere. **Q**ui dicit.  
**N**on omnes capiunt uerbum istud: sed  
quibus datum est.

**I**nnat. s. Gangolzi. **E**go sum uitis uera. Hofat. m. s. Erv. n. q. s. vult. 7. Luc. 179.  
**I**nnat. s. Potenciane. **S**imile est regnū. c. th.  
**I**nnat. s. Urbani. **U**igilate quia nesci.  
**I**nnat. s. Maximū. **U**idete uigilate et o.  
**I**nnat. s. Petronelle. **S**imile est reg. c. x. v.  
**M**artellini. & Petri. **Q**um audieritis pre. Erasm. epi. & m. s. Erv. Si q. s. vult. 7. Luc.  
**B**onifacii. & alior. **A**tte ego mitto uos.  
**P**rimi et Felicianū. **U**idens ihc turbas.  
**I**nnat. s. Barnabe. **D**esignauit dominus.  
**B**asilidis cyrini & na. **S**edente ihu.  
**V**iti et Modesti. **Q**um persequentur.  
**M**arci & Marcelliani. **A**tte ego mitto uos.  
**G**eruasii & Pthasii. **Q**um egredierentur.  
**I**nnat. s. Albani. **N**olite arbitrar. Dec. milu. m. s. Erv. Videns ihc turbas.  
**I**nnat. s. Paulini. **U**igilate quia nesci.  
**I**n uigilia sancti Iohannis baptiste.  
**I**niciū s. euangelii. **S**ecundum  
**L**ucam.



**F**uit in diebus herodis regis iudee:  
sacerdos quidam nomine zacharias  
de uite abia. & uxor illi de filiabus  
aaron. et nomen eius elisabeth.  
**E**rant autem iusti ambo ante deum.  
incedentes in omnibus mandatis et iusti-  
ficationibus domini sine querela. **E**t  
non erat illis filius. eo quod esset elisabeth  
sterilis. & ambo processissent in diebus  
suis. **F**actum est autem cum sacerdotio  
funderetur in ordine uicis sue ante deum.  
secundum consuetudinem sacerdotum for-  
te exiit ut incensum poneret. ingressus  
intemplum domini. **E**t omnis multi-  
tudo populi erat orans foris. hora incen-  
si. **A**pparuit autem illi angelus domini.  
stans ad dextris altaris incensi. **E**t zacha-  
rias turbatus est uidens. et timor irru-  
it super eum. **A**it autem ad illum ange-  
lus. **N**e timeas zacharia. quoniam ex-  
audita est deprecatio tua. & uxor tua  
elisabeth pariet tibi filium. et uocabis



nomen eius iohannem. **E**t erit gaudi-  
um tibi et exultatio. & multi in natiui-  
tate eius gaudebunt. **E**rit enim mag-  
nus coram domino. et uinum & siceram  
non bibet. et spiritu sancto replebitur  
adhuc ex utero matris sue. et multos  
filiorum israhel conuertet ad dominum  
deum ipsorum. **E**t ipse precedet ante  
illum in spiritu & uirtute helye. ut con-  
uertat corda patrum in filios. et in cre-  
dibiles ad prudentiam iustorum. parare  
domino plebem perfectam. **Augl. Imocte.**

**Sequen sa. Luugli. Scdm Lucam.**

nillo temp. **R**espondens zacharias!  
dixit ad angelum. **U**nde hoc sciam?

**E**go enim sum senex. et uxor mea pro-  
cessit in diebus suis. **E**t respondens an-  
gelus. dixit ei. **E**go sum gabriel. qui  
asto ante deum. et missus sum loqui ad te:  
et hec tibi ewangelizare. **E**t ecce eris  
tacens. et non poteris loqui usque in diem  
quo hec fient. pro eo quod non credidisti



uerbis meis. que implebuntur in tempore suo.  
**E**t erat plebs expectans zachariam. & mira-  
bantur quod tardaret ipse in templo. **A**gri-  
sus autem non poterat loqui ad illos. **E**t  
cognouerunt quod uisionem uidisset in  
templo. **E**t ipse erat inuens illis. & per-  
mansit mutus. **E**t factum est ut impleti  
sunt dies officii eius. abiit in domum suam.  
**P**ost hos autem dies concepit elisabeth ux-  
or eius. & occultabat se mensibus quinque  
dicens. **Q**uia sic fecit michi dominus in  
diebus quibus respexit auferre obprobri-  
um meum inter homines. **Indie sancto.**  
**Sequen. sa. Euanglii. Scdm Lucam.**

**E**lisabeth impletum est tempus pa-  
riendi. et peperit filium. **E**t au-  
dierunt uicini et cognati eius. quia mag-  
nificauit dominus misericordiam suam  
cum illa. & congratulabantur ei. **E**t  
factum est in die octauo. uenerunt cir-



cumcidere puerum. & uocabant eum no-  
mine patris sui zachariam. **E**t respondens  
mater eius dixit. Nequaquam. sed uocabi-  
tur iohannes. **E**t dixerunt ad illam.  
**Q**uia nemo est in cognatione tua. qui  
uocetur hoc nomine. **I**nnuebant autem  
patri eius. quem uellet uocari eum. **E**t  
postulans pugillarem. scripsit dicens. **I**o-  
hannes est nomen eius. **E**t mirati sunt  
uniuersi. **A**peritum est autem illico os eius.  
et lingua eius. et loquebatur benedicens  
deum. **E**t factus est timor super omnes  
uisceros eorum. & super omnia montana  
iudee. diuulgabantur omnia uerba hec.  
**E**t posuerunt omnes qui audierant in  
corde suo dicentes. **Q**uid putas puer iste  
erit. **A**t enim manus domini erat cum  
illo. **E**t zacharias pater eius impletus  
est spiritu sancto. et prophetauit dicens.  
**B**enedictus dominus deus israhel. quia  
uisitauit et fecit redemptionem plebi sue.



Innat. Johannis & Pauli. <sup>148</sup>Adtendite a sermone.  
Innat. s. Leonis. Lug. <sup>134</sup>Vos estis sal terre.

In vigilia Apostolorum Petri et Pauli.  
Sequent. s. Luigii. Scdm. Iohannem.  
nullo temp. Dixit ihc petro.

**S**imon iohannis. diligis me plus his.  
Dicit ei. **Quam** domine. tu scis  
quia amo te. Dicit ei. **Pasce** ag-  
nos meos. Dicit ei iterum. **Simon** io-  
hannis. diligis me. **Ait** illi. **Quam**  
domine. tu scis quia amo te. Dicit ei.  
**Pasce** agnos meos. Dicit ei tertio. **Si-**  
mon iohannis. amas me. **Monstrata**  
tus est petrus. quia dixit ei tertio amas  
me. et dicit ei. **Domine.** tu omnia scis.  
tu scis quia amo te. Dicit ei. **Pasce**  
oues meas. **Amen amen** dico tibi. cum  
esses iunior. agebas te & ambulabas  
ubi uolebas. cum autem senueris exten-  
des manus tuas. et alius te cinget. et di-  
cet quo tu non uis. **Hoc** autem dixit.  
significans qua morte clarificaturus



esset deum. **Innat. Apostolorum**  
**Sequen. sa. Euangli. Scdm. Matheum.**  
 nullo temp. **V**enit ihc in partes cesa  
 ree philippi. et interrogabat discipulos  
 suos dicens. **Q**uem dicunt homines  
 esse filium hominis. **A**t illi dixerunt.  
 Alii iohannem baptistam. alii autem  
 helvam. alii uero hieremiam. aut unum  
 ex prophetis. **D**ixit illis ihc. **V**os au  
 tem quem me dicatis. **R**espondens  
 symon petrus dixit. **T**u es xpc filius  
 dei uiu. **R**espondens autem ihc. dix  
 it ei. **B**eatus es symon bariona. quia  
 caro et sanguis non reuelauit tibi.  
 sed pater meus qui in celis est. **E**t  
 ego dico tibi. quia tu es petrus. & super  
 hanc petram edificabo ecclesiam me  
 am. & porte inferi non preualebunt  
 aduersus eam. **E**t tibi dabo claues  
 regni celorum. **E**t quodcumque li  
 gaueris super terram erit ligatum in  
 celis. et quodcumque solueris super



terram. erit solutum et in celis.

*In festiuitate sancti Pauli Admissam.  
Sequen. sa. Euangli. Scdm. Mattheum.*

*nullo temp.* **D**ixit symon petrus ad ihm.

**Q**uod te nos reliquimus omnia. et secuti  
sumus te. **Q**uid ergo erit nobis.

**I**hesus autem dixit illis. Amen dico  
uobis. quod uos qui secuti estis me. in re  
generatione cum sederit filius hominis  
in sede maiestatis sue. sedebitis et uos super  
sedes duodecim. iudicantes duodecim tribus  
israhel. **E**t omnis qui reliquit domum.  
uel fratres. aut sorores. aut patrem. aut  
matrem. aut uxorem. aut filios. aut agros  
propter nomen meum. centuplum accipiet  
et. & uitam eternam possidebit.

*In oct. s. iohannis. Elisabeth impletum.*

*In oct. s. Petri & Mar. Sedente ihu super.*

*In oct. s. ddalria. Sicut lumbi uestri.*

*In oct. Apostolorum. Petri & Pauli.*

*Sequen. sa. Euangli. Scdm. Mattheum.*

*nullo temp.* **I**ussit ihesus discipulos suos

*Disputatio Naue  
Evangelii  
144*



ascendere in nauiculam. et precedere  
eum trans fretum. donec dimitteret  
turbas. **E**t dimissa turba. ascendit in  
montem solus orare. **V**espere autem  
facto. solus erat ibi. **N**auicula autem  
in medio mari iactabatur fluctibus. **Q**uare  
enim contrarius uentus. **Q**uarta autem  
uigilia noctis uenit ad eos. ambulans  
super mare. **E**t uidentes eum supra ma-  
re ambulantem. turbati sunt dicentes.  
**Q**uia fantasma est. **E**t per timore cla-  
mauerunt. **S**tatimque ihc locutus est eis  
dicens. **N** habete fiduciam. **E**go sum.  
nolite timere. **R**espondens autem pe-  
trus dixit. **D**omine. si tu es iube me  
uenire ad te super aquas. **A**t ipse ait.  
**V**eni. **E**t descendens petrus de nau-  
cula. ambulat super aquam ut ueniret  
ad ihm. **U**ident uero uentum ualidum  
nimium. **E**t cum cepisset mergi. clama-  
uit dicens. **D**omine. saluum me fac.  
**E**t continuo ihc extendens manum.



apprehendit eum. & ait illi. **M**odice fidei?  
 quare dubitasti. **E**t cum ascendisset in  
 nauiculam. cessauit uentus. **Q**ui autem  
 in nauicula erant. uenerunt et adorauere  
 eum dicentes. **T**u es filius dei es.  
**K**ohani. soc. eius. **A**d tendite a fermento.  
**S**eptem fratrum. **U**idens ihc turbas.  
 Intranslatōe. Bud. **N**e nō lucernam ac.  
**M**argarete. virg. **S**imile est. r. **T**hezauro.  
**I**uat. s. Alexu. cōf. **S**iquis uenit ad me.  
**I**uat. s. Pharedis. **S**imile est. r. c. thes.  
**I**uat. sancte marie. Magdalene.  
**S**equen. s. Luugli. Scdm. Lucam.  
 nullo temp. **R**ogabat ihm quidam  
 phariseus. ut manducaret cum illo. **E**t  
 ingressus domum pharisei. discubuit.  
**E**t ecce mulier que erat in ciuitate pec-  
 catrix. ut cognouit quod actubisset in  
 domo pharisei. attulit alabastrum un-  
 guenti. et stans retro secus pedes eius. la-  
 crimis cepit rigare pedes eius. et capillis  
 capitis sui tergebat. & osculabatur pedes

In II Diuisione Aplo  
 Exv Couocatio  
 Jhs xij. 96





eius. et unguento unguebat. **V**idens  
autem phariseus qui uocauerat eum.  
ait intra se dicens. **H**ic si esset propheta.  
sciret utique que et qualis esset mulier  
que tangit eum. quia peccatrix est. **E**t  
respondens ihc. dixit ad illum. **S**imon.  
habeo tibi aliquid dicere. **A**t ille ait. **M**a  
gister dic. **D**uo debitores erant cuidam  
feneratori. unus debebat denarios quin  
gentos. alius quinquaginta. **N**on haben  
tibus illis unde redderent. donauit utrisq.  
**Q**uis ergo eum plus diligit. **E**t res  
pondens symon dixit. **E**stimo quia is  
cui plus donauit. **A**t ille dixit. **R**ecte  
iudicasti. **E**t conuersus ad mulierem.  
dixit symoni. **V**ides hanc mulierem.  
**I**ntraui in domum tuam. aquam pedibus  
meis non dedisti. hec autem rigauit lacri  
mis pedes meos. & capillis suis terxit.  
**O**sculum michi non dedisti. hec autem  
ex quo intrauit. non cessauit osculari pe  
des meos. **P**ropter quod dico tibi. remittit



571  
tantum ei peccata multa quoniam dilexit  
multam. **Q**ui autem minus dimittitur  
minus diligit. **D**ixit autem ad illam.  
**R**emittuntur tibi peccata. **A**t  
ceperunt qui simul accumbebant dice  
re intra se. **Q**uis est hic qui etiam pec  
cata dimittit? **D**ixit autem ad mulie  
rem. **F**ides tua te saluam fecit. uade in  
pace.

**I**nnat. s. Apollinaris. **F**acta est contencio.

**I**nnat. s. Xp̄ne. Lugl. **S**imile est reg. c. x.

**I**nnat. s. Jacobi. **Q**ū cubat ih̄c p.

**I**ndie sancto. **A**d publicam. **M**issam.

**S**equen. s̄a. **L**uugli. **S**cdm. **M**athewm.

**I**n illo temp̄. **A**ccessit ad ih̄m mater fili

ortum hebetet cum filis suis. **A**dians

& petens aliquid ab eo. **Q**ui dixit ei.

**Q**uid uis? **A**it illi. **M**icut sedent hi

duo filii mei. **U**nus ad dexteram tuam.

et unus ad sinistram. **I**n regno tuo. **R**es

pondens autem ih̄c dixit. **H**esatis quid

petatis. **P**otestis bibere calicem quem



ego bibiturus sum. **D**icant ei. **P**ossu-  
mus. **A**it illis. **C**alicem quidem meum  
bibetis. sedere autem ad dexteram meam  
& sinistram non est meum dare uobis.  
sed quibus paratum est a patre meo.

**I**nnat. s. Pantaleo. **S**iquis uult post me

**I**nnat. s. Felias pp. **S**int lumbi uestri.

**I**nnat. s. Abdon & Sen. **N**oc est preceptum m.

**A**d uincula s. petri. **I**ussit ihc discipulos.

**S**tephanus pp. Eugl. **H**omo quida nobilis.

**I**nnuencio. **S**teph. **A**cte ego mitto uos.

**I**nnat. s. Syren. pp. **H**omo quida peregrin.

**I**nnat. s. Afre. **A**d maiorem illam.

**S**equen. sa. Eugl. **S**cdm. lucam.

nullo tempore. **E**rant appropinquantes

ad ihm publicani & peccatores. ut audi-

rent illum. **E**t murmurabant phari-

sei et scribe dicentes. **Q**uia hic peccato-

res recipit. & manducat cum illis. **E**t

ait ad illos parabolam istam dicens.

**Q**uis ex uobis homo qui habet centum

oues. et si perdidit unam ex illis. nonne

*Domine meus O Jaco.  
Eius Libez gnatidis  
163*

*Usualdi regis Eius  
Sigs uent ad me &  
fi odit 179*



dimittit nonaginta nouem in deserto. et  
uadit ad illam que perierat donec inueniat  
illam. **E**t cum inuenierit eam. imponit  
in humeros suos gaudens. **E**t ueniens  
domum. conuocat amicos & uicinos di-  
cens illis. **C**ongratulamini michi. quia  
inueni ouem meam que perierat. **D**ico  
uobis. quod ita gaudium erit in celo sup  
uno peccatore penitentiam agente. quam  
super nonaginta nouem iustis. qui non  
indigent penitentia. **A**ut que mulier ha-  
bens dragmas decem. **S**i perdidit drag-  
mam unam. nonne accendit lucernam.  
& euertit domum. et querit diligenter  
donec inueniat. **E**t cum inuenierit. con-  
uocat amicas et uicinas dicens. **C**ongra-  
tulamini michi. quia inueni dragmam  
quam perdideram. **I**ta dico uobis. gaudi-  
um erit coram angelis dei super uno pec-  
catore. penitentiam agente.

**C**yrina & soc. eius. **N**ichil operatum est.



150  
160  
Inuat. s. Romani. **N**olite <sup>180</sup>arbitrari.  
In vigilia Laurentii. **S**iquis <sup>189</sup>uult post me  
Iudie Laurentii. **Q**ui <sup>ad priorem missam. 180.</sup>amat patrem.

In die sancto Ad publicam. Missam.  
Sequen. sa. Luuglii. Scdm. Iohannem.

**I**n illo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.  
**A**men amen dico uobis. nisi granum  
frumenti cadens in terram mor-  
tuum fuerit. ipsum solum manet.  
**S**i autem mortuum fuerit. multum  
fructum a fferit. **Q**ui amat animam  
suam. perdet eam. **E**t qui odit anima  
suam. in hoc mundo. in uitam eternam  
custodit eam. **S**iquis michi ministrat.  
me sequatur. **E**t ubi sum ego. illic erit  
minister meus erit. **S**iquis michi mis-  
trauerit. honorificabit eum pater meus.  
qui est in celis.

Inuat. s. tyburci. **N**emo <sup>186</sup>lucernam ac-  
Inuat. s. ypoliti. **A**dtendite <sup>187</sup>afer. pha.  
Inuat. s. Eusebii. **V**igilate <sup>188</sup>quia nesci-



Inuigilia Assumptionis .s. Marie.

Sequencia sancti Euuiglii .s. dñi lucam.

**I**n illo tempore. **Q**uotiens uocem quædam mulier de turba. dixit ad ih̄m. **B**eatus uenter qui te portauit. & ubera que suxisti. **A**t ille dixit. **Q**uoniam immo beati qui audiunt uerbum dei. et custodiunt illud. **T**urbis autem concurrentibus. cepit dicere. **G**eneratio hec. generatio nequam est. **S**ignum querit. et signum non dabitur ei. nisi signum ionæ. **N**am sicut fuit ionas signum ninuicis. ita erit et filius hominis generationi isti. **R**egina austri surget in iudicio cum uiris generationis huius & contempnabit illos. quia uenit a finibus terre audire sapientiam salomonis. **E**t ecce plus salomone hic. **U**iri ninuicite surgent in iudicio cum generatione hac. et contempnabunt illam. quia penitentiam egerunt ad prædicationem ionæ. **E**t ecce plus iona hic. **I**ndie sc̄o. **S**equen. s̄a. Euuiglii. s̄ dñi. **L**ucam.



nullo tempore. **I**ntrauit ihc in quoddam  
 castellum. et mulier quedam martha no-  
 mine excepit illum in domum suam. **E**t  
 huic erat soror **maria**. **Q**ue  
 etiam sedens secus pedes domini. audie-  
 bat uerbum illius. martha autem sata-  
 gebat circa frequens ministerium. **Q**ue-  
 stent et ait. **D**omine. non est tibi cure.  
 quod soror mea reliquit me solam mi-  
 nistrare. **D**ic ergo illi ut me adiuuet.  
**E**t respondens dixit illi dominus. **M**ar-  
 tha martha. sollicita es. & turbaris er-  
 ga plurima. **P**orro unum est necessa-  
 rium. **M**aria optimam partem elegit.  
 que non auferetur ab ea.

**I**nocent. s. laurencii. **Q**ui amat patrem.  
**I**nat. s. Agapiti. **S**int lumbi uestri.  
**I**nat. s. Thymothei. **D**escendens ihc.  
**I**nocent. s. Marie. **I**ntrauit ihc.  
**I**nvigla. Bartholomei. **E**go sum uitis ue-  
**I**nat. sancti Bartholomei.

*In officio publico  
 Ingressus Ihs pamb.  
 que po. ecc. p. 188.  
 Adorat vs. 160.  
 arbor bona*





**S**equen̄ s̄ā **L**uyghii. **S**cdm̄ **l**ucam.  
nullo temp̄. **F**acta est contencio inter  
discipulos ihu. quis eorum uideretur esse  
maior. **D**ixit autem eis. **R**eges gen-  
cium dominantur eorum. et qui potesta-  
tem habent super eos. beneficia uocantur.  
**V**os autem non sic. sed qui maior est  
in uobis fiat sicut iunior. & qui precessor  
est sicut ministrator. **H**am̄ qui maior  
est qui recumbit. an qui ministrat.  
**H**om̄e qui recumbit. **E**go autem  
in medio uestrum sum. sicut qui mi-  
nistrat. **V**os autem estis qui perman-  
sistis mecum in temptationibus meis.  
et ego dispono uobis. sicut disposuit  
michi pater meus regnum. ut edatis  
et bibatis super mensam meam in reg-  
no meo. & sedeat̄ super thronos iudi-  
cantes duodecim tribus israhel.

Genesi meo Ew  
Cōuocata ih̄s et alii  
180.

**I**nnat̄. s̄. **H**ermetis. **S**iquis uult post.  
**I**nnat̄. s̄. **P**elagii. **N**olite arbitrari.  
Augustini Epi & confessoris. Ew. Vos estis sal terre. 184.



In decollatione. S. Johannis. Euangl' in nocte  
 sequenti. scilicet. Euanglii. Scdm. Mattheum.

**I**n illo tempore. **A**udiuit herodes tetrarcha famam ihu. et ait pueris suis. **H**ic est iohannes baptista. ipse surrexit a mortuis. & ideo uirtutes operantur in eo. **H**erodes enim tenuit iohannem. et alligauit eum & posuit in carcere. propter herodiam uerorem fratris sui. **D**icebat enim illi iohannes. Non licet tibi habere eam. **E**t uolens illum occidere. timuit populum. quia sicut prophetam eum habebant. **D**ie autem natalis herodis saltauit filia herodidis in medio. & placuit herodi. **U**nde cum iuramento pollicitus est ei dare. quodcumque postulasset ab eo. **A**t illa premonita a matre sua. da michi inquit hic in disco caput iohannis baptiste. **E**t contristatus est rex. **P**ropter iuramentum autem et eos qui pariter



recumbebant iussit dari. misitque et  
decollauit iohannem in carcere. **E**t  
allatum est caput eius in disco. et da-  
tum est puelle. et tulit matri sue. **E**t  
accedentes discipuli eius. tulerunt cor-  
pus eius et sepelierunt illud. **E**t ueni-  
entes nuntiauerunt ihu.

**I**mat. s. Sabine. **S**imile est reg. c. the:

**I**ndie sancto Ad publicam Missam.

**S**equen. sa. Luugli. Scdm. Marcum.

**I**n illo tempore. Misit herodes ac tenuit  
iohannem. et iunxit eum in carcere:  
propter herodiadem uxorem philippi  
fratris sui. quia duxerat eam. Dicebat  
enim iohannes herodi. Non licet tibi  
habere uxorem fratris tui. **H**erodias  
autem insidiabatur illi. et uolebat occi-  
dere eum. nec poterat. **H**erodes enim  
metuebat iohannem. sciens eum uirum  
iustum et sanctum. et custodiebat eum.  
**E**t audito eo multa faciebat. et liben-  
ter eum audiebat. **E**t cum dies oport-



tunus accidisset. herodes natali suo. ce-  
nam fecit principibus & tribunis et pri-  
mis galilee. **Q**umque introisset filia  
ipsius herodiadis & saltasset. et placuis-  
set herodi simulque recumbentibus.  
rex ait puella. **P**ete a me quod uis. et  
dabo tibi. **E**t iurauit illi. quia quicquid  
petieris dabo tibi. licet dimidium regni  
mei. **Q**ue cum exisset. dixit matri sue.  
**Q**uid petam. **E**t illa dixit. **C**aput  
iohannis baptiste. **Q**umque introisset  
statim cum festinatione ad regem. peti-  
uit dicens. **U**olo ut protinus des michi  
indisco. caput iohannis baptiste. **E**t con-  
tristatus est rex. **P**ropter iusiurandum  
et propter simul recumbentes noluit  
eam contristare. sed misso spicatore.  
precepit afferri caput eius indisco.  
**E**t decollauit eum in carcere. & attulit  
caput eius indisco. et dedit illud puella.  
et puella dedit matri sue. **Q**uo audito.  
discipuli eius uenerunt. et tulerunt cor-



pus eius et posuerunt illud in monumen-  
to. **Innat. s. Felicias et Adalchi. Euuuglm.**  
**Q**uoniam egredereur ihc de templo.

**Innat. s. Herene.** **S**imile est reg. c. x.

**Innat. s. Magni.** **S**iquis uenit ad me.

**Innat. s. Adriani.** **S**iquis uult post me.

**D**ominus uobiscum. **L**ucaum sancti ewan-  
geli. **S**ecundum **M**atheum.

**A**braham genuit isaac, isaac autem genuit iacob.

**I**acob autem genuit iudam et fratres eius.

**P**haris autem genuit esrom.

**E**srom autem genuit aram.

**A**ram autem genuit aminadab.

**A**minadab autem genuit naasson.

**N**aasson autem genuit salmon.

**S**almon autem genuit obed ex ruchi.

**O**bed autem genuit iesse.





<sup>1 1. 7 all 1 n 1. 1</sup>  
**I**esse autem genuit dauid regem, da-  
 uid autem genuit salomonem  
 que fuit uxor. **S**alomon autem ge-  
 nuit roboam. roboam autem genuit  
 abia. abia autem genuit ioseph. ioseph autem  
 genuit iosephat. **I**osephat autem ge-  
 nuit ioram. ioram autem genuit ozi-  
 am. <sup>all n s</sup> ozi-  
 am autem genuit ioatham. ioatham  
 autem genuit achaz. **A**chaz autem  
 genuit ezechiam. ezechias autem ge-  
 nuit manassen. manasses autem ge-  
 nuit amon. amon autem genuit iosi-  
 am. **I**osias autem genuit iechoniam  
 et fratres eius intransmigratione ba-  
 bylonis. **E**t post transmigrationem  
 babilonis. iechonias genuit sa lathiel.  
 sa lathiel autem genuit zorobabel. zo-  
 robabel autem genuit abiud. **A**bi-  
 ud autem genuit eliahim. eliahim  
 autem genuit azor. <sup>all n s</sup> azor  
 autem genuit sadoch. sadoch autem genuit  
 achim. **A**chim autem genuit eliud.



eliud autem genuit e leazar. e lea-  
zar autem genuit mathan. mathan au-  
tem genuit iacob. **I**acob autem ge-  
nuit ioseph. uirum marie. **D**e qua  
natus est iesus qui uocatur xpc.

Innat. s. Gorgonii. Nichil opertum.  
Prothi. Jacinchi. stel. Num persequent.

Innat sanctoz. Corneli. & Cyprian.

Sequen sa. Euuglii scdm. lucam.

nullo temp. **D**icebat ihc turbis iudeoz.

**Q**ue uobis qui edificatis monumen-  
ta prophetarum. patres autem  
uestri occiderunt illos. **P**rofecto  
testificamini. quod consentis operibus  
patrum uestrorum. quoniam quidem  
ipsi eos occiderunt. uos autem edifica-  
tis eorum sepulchra. **P**ropterea et sa-  
piencia dei dixit. **M**ittam ad illos pro-  
phetas et apostolos. & ex illis occident.  
et persequentur. ut inquiratur sanguis  
omnium prophetarum qui effusus est



a constitutione mundi. a generatione  
 ista. a sanguine abel. usque ad sanguinē  
 zacharie. qui perit inter altare et edem.  
**I**ta dico uobis. requiretur ab hac gene-  
 ratione. **U**t uobis legis peritis. quia  
 tulistis clauem sciēcie. **I**psi non intro-  
 istis. et eos qui introibant prohibuistis.  
**Q**um hec ad illos diceret. ceperunt  
 pharisei & legis periti grauius insiste-  
 re. et os eius opprimere. demulctis insi-  
 dantes ei. & querentes capere aliquid  
 ex ore eius. ut accusarent eum.

**I**n exaltatione sancte crucis.  
 Sequen s̄c̄ Luuglii. Scdm̄. Iohannem.  
 nullo temp̄. **D**ixit ih̄c turbis.

**E**go si exaltatus fuero a terra.  
 omnia traham ad me ipsum.  
**H**oc autem dicebat. significans  
 qua morte esset moriturus. **R**espon-  
 dit ei turba. **H**os audiuiimus ex lege.  
 quia xp̄c̄ manet in eternum. et quom̄o



to tu dicit oportet exaltari filium homi-  
nis. **Q**uis est iste filius hominis.  
**D**ixit ergo eis ih̄c. Adhuc modicum lu-  
men inuobis est. Ambulate dum lucem  
habetis. ut non tenebre uos comprehen-  
dant. **E**t qui ambulat in tenebris. nescit  
quō uadat. **D**um lucem habetis. credite  
in lucem. ut filii lucis sitis.

**I**nnat. s. Hicomedis. **S**i quis uult post me  
**I**nnat. s. Rufemie. **S**imile est regnū. c. th.  
**I**n uigilia sancti. **M**athei. **A**dmissam.  
**S**equen. s. **E**uugli. **S**cdm. **L**ucam.  
nullo temp. **U**idit ih̄c publicanum  
nomine leui. sedentem ad theloneum. et  
ait illi. **S**equere me. **E**t relictis omni-  
bus. surgens secutus est eum. **E**t fecit  
ei conuiuium magnum leui in domo  
sua. et erat turba multa publicanorū.  
et aliorum qui cum illis erant discipu-  
lantes. **E**t murmurabant pharisei  
et scribe eorum. dicentes ad discipulos  
eius. **Q**uare cum publicanis et pec-

Lampa ep̄i  
m̄is. **E**v̄j. **M**it  
optū. 101.



catoribus manducatis et bibitis. **Et**  
 respondens ihc. dixit ad illos. Non  
 egent qui sani sunt medico. sed qui ma  
 le habent. Non ueni uocare iustos. sed  
 peccatores. **Indie sancto. Admissam.**

**Sequen. sa. Luugliu. Scdm. Matheum.**

**V**idit hominem se  
 dentem in theloneo. matheum nomine.  
 et ait illi. Sequere me. **Et** surgens.  
 secutus est eum. **Et** factum est discum  
 bente eo in domo. ecce multi publicani  
 & peccatores uenientes. discumbebant  
 cum ihu. et discipulis eius. **Quare** cum  
 publicanis et peccatoribus manducant  
 magister uester. **Et** ihc audiens ait.  
 Non est opus ualentibus medicus. sed  
 male habentibus. **Amtes** autem.  
 discite quid est. misericordiam uolo.  
 et non sacrificium. Non enim <sup>ueni</sup> uocare  
 iustos. sed peccatores.



*A. Lu. transiret Ihs*

*Et videtes pharisei dicebat discipulis eius*

**Innat. s. Maurici.** <sup>119</sup> **V**idens ihc turbas.

**Cosine. & Damiani.** <sup>113</sup> **N**ec mando uobis.

*Justine vit. 2m. Ew. Sile. 2. c. thezauro. 180.*

*Venezlay O. H. Ew. Si q. s. uent ad me & n. adit. 179.*





In festiuitate sancti Michaelis.  
Sequen. sa. Euangli. Scdm. Matheum.  
nullo temp. **A**ccesserunt discipuli  
ad ihu dicentes. **Q**uis putas maior  
est in regno celorum? **E**t aduocans  
ihu paruulum. **S**tatu it eum in medio  
eorum & dixit. **A**men dico uobis. nisi  
conuersi fueritis et efficiamini sicut  
paruuli. non intrabitis in regnum ce-  
lorum. **Q**uicumque humiliauerit se  
sicut paruulus iste. hic est maior in reg-  
no celorum. **E**t qui susceperit unum  
paruulum talem in nomine meo. me  
suscipit. **Q**ui autem scandalizauerit  
unum de pusillis istis qui in me credunt.  
expedit ei ut suspendatur mola asinaria  
in collo eius. & dimergatur in profun-  
dum maris. **N**ec mundo abscondalis.  
**N**ecessesse est enim ut ueniant scandala.  
**Q**uerunt autem ue homini. per quem  
scandalum uenit. **S**i autem manus  
tua uel pes tuus scandalizat te. absca-







**S**equen. sa. Euangli. Scdm lucam.  
nullo temp. **D**esignauit dominus  
& alios septuaginta duos. et misit illos  
binos ante faciem suam. in omnem ciui-  
tatem & locum quo erat ipse uenturus.  
& dicebat illis. **M**essis quidem multa.  
operarii autem pauci. **R**ogate ergo  
dominum messis. ut mittat operarios  
in messem. **I**te. ecce ego mitto uos. si-  
cut agnos inter lupos. **N**olite portare  
sacculum. neque peram. neque calceamen-  
ta. et neminem peruiam salutaueritis.  
**I**nquamcumque domum intraueritis.  
primum dicite. pax huic domui. **E**t si  
ibi fuerit filius pacis. requiescet super  
illam pax uestra. sin autem aduersus reuer-  
teretur. **I**neadem autem domo manete.  
edentes et bibentes que apud illos sunt.  
**D**ignus est enim operarius mercede  
sua. **I**unat. s. Januarii. **Q**uam audieritis.  
**H**ylarionis. **L**iu. **H**ec nos reliquimus.  
**C**rispini & Crispini. **S**edente ihu.

Indeā milia diegi  
E w) Sile ē r e x vic  
157



Inuigilia Apostolorum Symonis & Jude.

Sequenti. scilicet. Euuangelii. secundum Iohannem.

in illo tempore. **D**ixit ihesus discipulis suis.

**Q**ui habet mandata mea. & seruat ea. ille est qui diligit me.

**Q**ui autem diligit me. diligenti-  
us a patre meo. et ego diligam eum. et

manifestabo ei me ipsum. **D**icit ei iu-  
das. non ille schariothes. **D**omine.

quid factum est. quia nobis manifestatu-  
rus es te ipsum. & non mundo. **R**es-

pondit ihesus. et dixit ei. **S**iquis diligit me.  
sermonem meum seruabit. et pater me-

us diliget eum. & ad eum ueniemus. et  
mansionem apud eum faciemus. **Q**ui

diligit me. sermones meos seruat.  
**E**t sermonem quem audistis non est

meus. sed eius qui misit me patris.

**I**ndie sancto. Symo. **N**ec mando uobis.  
**Q**uintini & Wolfg. **S**int lumbi uestri

Inuigilia omni sanctorum. **D**escendens ihesus.  
**I**nnat. s. Cesarii. **N**isi granum fru-



11  
**I**n festiuitate omnium sanctorum.  
Sequencia s<sup>a</sup>. euang<sup>lii</sup>. scdm. Matheu.  
in illo temp<sup>e</sup>. **V**idens ihc turbas. ascen-  
dit in montem. **E**t cum sedisset. acce-  
runt ad eum discipuli eius. **E**t aperiens  
os suum. docebat eos dicens. **B**eati pau-  
peres spiritu. quoniam ipsorum est  
regnum celorum. **B**eati mites. quonia  
ipsi possidebunt terram. **B**eati qui lu-  
gent. quoniam ipsi consolabuntur. **B**eati qui  
esuriunt & sitiunt iusticiam. quoniam  
ipsi saturabuntur. **B**eati misericordes.  
quoniam ipsi misericordiam consequentur. **B**e-  
ati mundo corde. quoniam ipsi deum uidebunt.  
**B**eati pacifici. quoniam filii dei uoca-  
buntur. **B**eati qui persecutionem paci-  
untur propter iusticiam. quoniam ipsorum  
est regnum celorum. **B**eati estis. cum  
maledixerint uobis. & persecuti uos  
fuerint.

et dixerint omne malum



aduersum uos mentientes propter me.  
Gaudete et exultate. quoniam merces  
uestra copiosa est in caelis.

Innat. s. Custachii. **U**e uobis qui edifi-

Innat. s. Pirminii. **V**igilate & orate.

Innat. s. Willibrodi. **V**igilate quia nesci-

Quatuor Coronato. **D**escendens ihc de-

Innat. s. theodori. **N**olite arbitrari.

Innat. s. Menne. **S**iquis uult uenire.

Innat. s. Martini. **S**int lumbi uestri.

Innat. s. Brictii. **H**omo quida nobis

Innat. s. Othmari. **N**emo lucernam.

Innat. s. Cealie. **S**imile est. r. c. x.

Innat. sancte felicitatis.

Sequen. sa. Euuiglii. **S**cdm. **M**athcum.

nullo temp. **L**oquente ihu ad turbas.  
ecce mater eius et fratres stabant foris.  
querentes loqui ei. **D**ixit autem ei qui-  
dam. **E**cce mater tua & fratres tui fo-  
ris stant. querentes te. **A**t ille respon-  
dens. **D**icenti sibi ait. **Q**ue est mater mea.  
**E**t qui sunt fratres mei. **E**t extendens

Leonhardi ofess. Ew  
facilig e camelu. 140.  
Translatiois suquis i  
Augut Ew m Pndes  
Ihs dixt Nicodemus Am  
am dico u que i omia peteo  
98.

Elizabeth Langue  
Ew. Sile e i c th  
3auzo. 186.  
Pntagoris Oaic  
Ew m Libe gntati  
163.



manum in discipulos suos dixit. **E**cce  
mater mea. & fratres mei. **Q**ui cumque  
enim fecerit uoluntatem patris mei qui  
in celis est. ipse meus & frater et soror  
& mater est.

Innat. s. Clemen. **N**onno quidam per.

Innat. s. Crisogoni. **M**onuoata ihc.

Innat. s. Conradi. **S**unt lumbi uesti.

Innat. s. Saturni. **U**idete ne quis.

Inuigilia Sancti Andree. Admissam.

Sequent. sa. Elyugli. Scdm. Iohannem.

**I**n illo tempore. **S**tabat iohannes. et discipulis eius duo. **E**t respiciens ambulantem. dicit. **E**cce agnus dei. **E**t audierunt eum duo discipuli loquentem. et secuti sunt ihm. **M**onuersus autem ihc. et uidens eos sequentes se. dicit eis.

**Q**uid queritis? **Q**ui dixerunt ei.

**R**abbi. quod dicitur interpretatum magister. **U**bi habitas? **R**espondit eis.

**M**enite et uide. **M**enerunt et uide.

em  
ago  
m  
Katherine vir & m  
E. W. Sule & r. ex vir  
.1876. thesau

Vigilate. 104.



erunt tibi maneret. & apud eum manserunt die illo. **M**ora autem erat quasi decima. **E**rat autem andreas frater symonis petri. unus ex duobus qui audierant ab iohanne. et secuti fuerant eum. **I**nuenit hic primum fratrem suum symonem. & dicit ei. **I**nuenimus messiam. quod est interpretatum xpc. **E**t adduxit eum ad ihm. **I**ntuitus autem eum ihc dixit. **T**u es symon filius iona. tu uocaberis cephàs. **Q**uod interpretatur petrus. **I**n crastinum uoluit exire in galileam. et inuenit philippum. **E**t dicit ei ihc. **S**equere me. **E**rat autem philippus abethsaida. ciuitate andree et petri. **I**nuenit philippus nathanahel. et dicit ei. **Q**uem scripsit moyses in lege & prophete. inuenimus ihm filium ioseph anazareth. **E**t dicit ei nathanahel. **A**nazareth potest aliquid boni esse. **D**icit ei philippus. **V**eni et uide. **V**idit ihc nathanahel uenientem ad se. et dicit



te eo. **E**cce uere israhelita. in quo dolus non  
est. **D**icit ei nathanahel. **U**nde me nosti.  
**R**espondit ihc. et dixit ei. **P**riusquam te  
philippus uocaret. cum esses subfici. uidi te.  
**R**espondit ei nathanahel. & ait. **R**abbi.  
tu es filius dei. tu es rex israhel. **R**espondit  
ihc. et dixit ei. **Q**uia dixi tibi. uidi te sub  
fici. credis. manus his uidebis. **E**t dicit ei.  
**A**men amen dico uobis. uidebitis celum  
apertum. et angelos dei ascendentes et des  
cendentes supra filium hominis.

**I**ndie sancto **A**d maiorem **M**issam.  
**S**equen. **S**a. **E**uuglii. **S**cdm. **M**athcum.  
nullo temp. **A**mbulans ihc iuxta mare  
galilee. uidit duos fratres symonem qui  
uocatur petrus. & andream fratrem eius  
mittentes rete in mare. **E**rant enim pis  
catores. **E**t ait illis. **V**enite post me.  
& faciam uos fieri piscatores hominum.  
**A**t illi continuo relictis rebus. secuti sunt  
eum. **E**t procedens inde. uidit alios duos  
fratres iacobum zebedi. & iohannem fra



rem eius in nauis cum zebedeo patre eoz.  
residentes barca sua. et uocauit eos. Illi  
autem statim relictis rebus & patre!  
secuti sunt eum.

Innat. s. Nicolai.

Innat. s. Lucie.

Inuigilia thome.

Innat ipsius.

<sup>Harbarz magis & matris</sup> <sup>Dilectio reg. c. the.</sup>  
**H**omo quida nobilis.

<sup>187</sup> <sup>Simile est reg. c. the.</sup>  
**S**imile est reg.

<sup>188</sup> <sup>hoc est preceptum me.</sup>  
**H**oc est preceptum me.

<sup>ulq. bean</sup> <sup>q. n. uiderunt et crediderunt</sup>  
**T**homas unus.

<sup>Comptois bte Or. vie.</sup>  
<sup>Liber gratias. 163.</sup>  
<sup>Joanm p. uarche.</sup>  
<sup>Evil. Logite. Ihu ad e.</sup>  
<sup>cap. mit. eig. 109.</sup>

Inuigilia unius apostoli. Euunglii.

Sequen. sa. Euunglii. Scdm. Iohannem.

nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**E**go sum uitis. uos palmites. **Q**ui

manet in me et ego in eo. hic fert

fructum multum. quia sine me

nihil potestis facere. **S**iquis in me non

manerit. mittetur foras sicut palmes

et arefcet. & colligent eum et in ignem

mittent et ardet. **S**i manseritis in me. et

uerba mea in uobis manserint. quodcum

que uolueritis petetis. et fiet uobis. **I**n hoc

clarificatus est pater meus. ut fructum

plurimum afferatis. & efficiamini mei



discipuli. Sicut dilexit me pater: & ego  
dilexi uos. Manete in dilectione mea.  
Si precepta mea seruaeritis. manebitis  
in dilectione mea. sicut et ego patris mei  
precepta seruaui. & maneo in eius dilectio-  
ne. Hec locutus sum uobis. ut gaudium  
meum in uobis sit. et gaudium uestrum  
impleatur.

*Sequen. sa. Euanglii. S. d. m. Marcum.*  
nullo temp. **Q**onuocauit ihc duodecim.  
et cepit eos mittere binos. et dabat illis  
potestatem spirituum immundorum. **E**t  
precepit eis nequid tollerent in uia nisi  
uirgam tantum. non peram. non panem.  
neque in zona es. sed calciatos sandals  
et ne induerentur duabus tunics. **E**t  
dicebat eis. **Q**uocumque introieritis  
in domum. illic manete donec exeat inde.  
**E**t quicumque non receperit uos. nec  
audierit uos. exeat inde. exuite  
puluere de pedibus uestris. in testimoniu-  
m illis. **E**t exeuntes predicabant. ut



penitenciam agerent. et demonia multa  
eiebant. et unguebant oleo multos egros  
et sanabant.

**Sequen. sa. Euuglii. Scdm. Matheum.**

nullo temp. **M**isit ihc duodecim discipu-  
los suos. precipiens eis. et dicens. **U**nquam  
gentium ne abieritis. et in ciuitates sama-  
ritanorum ne intraueritis. sed potius ite-  
ad ues que perierunt domus israhel.

**A**ntes autem predicare dicentes. quia  
appropinquabit regnum celorum. **I**nfirmos  
curate. mortuos suscite. leprosos  
mundate. demones eiate. **G**rans acce-  
pistis. gratis date.

**Sequen. sa. Euuglii. Scdm. Matheum**

nullo temp. **M**irauit ihc ciuitates  
omnes et castella. docens in synagogis eor.  
et predicans euuangelium regni. et curans  
omnem languorem. et omnem infirmita-  
tem. **V**idens autem turbas. misertus est  
eis. quia erant uexati. et iacentes sicut  
oues non habentes pastorem. **T**unc dicit



discipulis suis. **M**essis quidem multa. operari autem pauci. **R**ogate ergo dominum messis. ut mittat operarios in messem suam. **E**t conuocatis duodecim discipulis suis. dedit eis potestatem spirituum in mundorum. ut eicerent eos. et curarent omnem languorem. & omnem infirmitatem.

**S**equen̄ sc̄i Euanglii. Scdm̄ Iohannem. nullo temp̄. **D**ixit ih̄c discipulis suis. **H**oc est preceptum meum. ut diligatis inuicem. sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionem nemo habet. ut animam suam. quis ponat pro amicis suis. **M**os amica mei estis. si feceritis que ego precipio uobis. **N**am non dico uos seruos. quia seruus nescit quid faciat dominus eius. **M**os autem dixi amicos. quia omnia quecumque audiui a patre meo nota feci uobis. **N**on uos me elegistis. sed ego elegi uos. et posui uos ut eatis et fructum afferatis. et fructus uester ma



neat. ut quodcumque peccatis patrem  
in nomine meo. det uobis.

**Sequen. sa. Euuiglii. Scdm. Iohannem.**  
nullo temp. **D**ixit ihs discipulis suis.

**H**ec mando uobis. ut diligatis inui-  
cem. Si mundus uos odit. scitote  
quia me priorem uobis odio ha-  
buit. Si de mundo fuisset. mundus qd  
suum erat diligeret. **Q**uia uero de  
mundo non estis. sed ego elegi uos de  
mundo. propterea odit uos mundus.

**M**ementote sermonis mei. quem ego  
dixi uobis. Non est seruus maior domi-  
no suo. Si me persecuti sunt. & uos  
persequentur. Si sermonem meum  
seruari erunt. et uestrum seruabunt.

**S**ed hec omnia facient uobis propter  
nomen meum. quia nesciunt eum  
qui misit me. Si non uenissem et locu-  
tus fuissem eis. peccatum non haberent.

**H**unc autem excusationem non ha-  
bent de peccato suo. **Q**ui me odit. et



patrem meum odit. Si opera non fecis  
sem meis que nemo alius fecit. pecca-  
tum non haberent. Hunc autem et  
uiderunt & oderunt & patrem meum!  
sed ut impleatur sermo qui in lege eorum  
scriptus est. quia odio habuerunt me  
gratis. *De minoribus apostolis.*

*Designauit dñs. Requie uinat. scē Lucē ewgē.*

*De Martyribus Euuangelium.*

*Sequen sã Euugli. Scdm. Matheum.*  
nullo tem. *D*ixit ihc discipulis suis.

*Q*um persequentur uos in ciuita-  
te ista. fugite in aliam. Amen  
dico uobis. non consummabi-  
tis ciuitates israhel. donec ueniat filius  
hominis. Non est discipulus super ma-  
gistrum. nec seruus super dominum  
suum. Sufficit discipulo ut sit sicut  
magister eius. & seruus sicut dominus  
eius. Si patrem familias beelzebub  
uocauerunt. quāto magis domestica  
eius. He ergo amueritis eos. Hich



il enim operatum quod non reuelabi-  
tur. & occultum quod non sciatur.

**Q**uod dico uobis in tenebris. dicite  
in lumine. et quod in aure auditis. pre-  
dicare super tecta. **E**t nolite timere

eos qui occidunt corpus. animam autem  
non possunt occidere. sed potius eum ti-  
mete. qui potest et animam & corpus  
perdere in gehennam. **N**onne duo pas-  
seres asse ueneunt. et unus ex illis non

cadet super terram sine patre uestro.  
**U**estri autem et capilli capitis omnes  
numerati sunt. **N**olite ergo timere.  
multis passeribus meliores estis uos.

**O**mnis ergo qui confitebitur me coram  
hominibus. confitebor et ego eum coram  
patre meo. qui est in celis.

*Sequen. sa. Luugli. Scdm. lucam.*

in illo tempore. **D**ixit ihc discipulis suis.

**A**dtendite a fermento phariseoru.  
quod est hypocrisis. **N**ihil au-  
tem operatum est. quod non re-



ueletur. neque absconditum quod non scia-  
tur. quoniam que in tenebris dixistis. in  
lumine dicentur. et quod in aurem locuti  
estis in cubiculis. predicabitur in tectis.

**D**ico autem uobis amicus meus. ne terrea-  
mini ab his qui occidunt corpus. et post hec  
non habent amplius quid faciant. **O**sten-  
dam autem uobis quem timeatis. Time-  
re eum. qui postquam occiderit. habet potesta-  
tem mittere in gehennam. Ita dico uobis.  
hunc timeate. Nonne quinque passeret u-  
neunt di pondio. et unus ex illis non est in  
obliuione coram deo. Sed et capilli capi-  
tis uestri omnes numerati sunt. Nolite  
ergo timere. multi passeribus pluri estis.

**D**ico autem uobis. omnis qui cumque  
confessus fuerit me coram hominibus. et  
filius hominis confitebitur illum coram  
angelis dei.

*Sequen. sa. Luugli. Scdm. Mathcum.*

**I**n illo tempore. **V**idens ihc turbas. ascendit  
in montem. Et cum sedisset. accesserunt



ad eum discipuli eius. **E**t apertens os  
 suum. docebat eos dicens. **B**eati pauperes  
 spiritu. quoniam ipsorum est regnum ce-  
 lorum. **B**eati mites. quoniam ipsi possi-  
 debunt terram. **B**eati qui lugent. quoni-  
 am ipsi consolabuntur. **B**eati qui esuri-  
 unt et sitiunt iusticiam. quoniam ipsi sa-  
 turabuntur. **B**eati misericordes. quoni-  
 am ipsi misericordiam consequentur. **B**e-  
 ati mundo corde. quoniam ipsi deum ui-  
 debunt. **B**eati pacifici. quoniam filii dei  
 uocabuntur. **B**eati qui persecutionem  
 paciuntur propter iusticiam. quo ipsorum  
 est regnum celorum. **B**eati estis. cum  
 maledixerint uobis. et persecuti uos  
 fuerint. et dixerint omne malum ad-  
 uersum uos mendantes propter me.

**G**audete et exultate. quoniam merces  
 uestra. copiosa est in celis.

**S**equen. sa. Euanglii. Scdm. lucam.

**I**n illo temp. **D**escendens ihc de monte.  
 stetit in loco campestri. et turba discipu



lorum eius. et multitudo copiosa plebis  
ab omni iudea et hierusalem. & marithi  
ma. et tyri. & sydonis. qui uenerant. ut  
audirent eum. et sanarentur a languo  
ribus suis. **Et** qui uexabantur a spiri  
tibus immundis. curabantur. **Et** omnis  
turba querebat eum tangere. quia uir  
tus de illo exibat. et sanabat omnes. **Et**  
ipse eleuatis oculis in discipulos suos dice  
bat. **Beati** pauperes. quia uestrum est  
regnum dei. **Beati** qui nunc esuritis. quia  
saturabimini. **Beati** qui nunc fletis. quia  
ridetis. **Beati** eritis. cum uos ode  
rint homines. & cum separauerint uos  
et exprobrauerint. & eiecerint nomen  
uestrum tanquam malum. propter fi  
lium hominis. **Gaudete** in illa die et  
exultate. **Ecce** enim merces uestra.  
multa in celo.

**Sequen. sa. Euangli. Scdm. Matheum.**  
in illo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.



**H**ecce ego mitto uos. sicut oues in  
 medio luporum. **A**stote ergo  
 prudentes sicut serpentes. et  
 simplices sicut columbe. **N**auete autē  
 ab hominibus. **T**radent enim uos in con-  
 cilis. et in synagogis suis flagellabunt  
 uos. **A**t ad presides et ad reges duce-  
 mini propter me. in testimonium illis  
 et gentibus. **Q**um autem tradent uos.  
 nolite cogitare quomodo aut quid lo-  
 quamini. **D**abitur enim uobis in illa  
 hora quid loquamini. **N**on enim uos  
 estis qui loquimini. sed spiritus patris  
 uestri qui loquitur in uobis. **T**radet  
 autem frater fratrem in mortem. et  
 pater filium. et insurgent filii in paren-  
 tes. et morte eos afficient. **E**t eritis  
 odio omnibus. propter nomen meum.  
**Q**ui autem perseverauerit usque in  
 finem. hic saluus erit.

**Sequen. sa. Luugli. Scdm. Marcum.**



nullo tempore. **Q**um egrediretur ihc de templo. ait illi unus ex discipulis suis. Magister. aspice quales lapides. et quales structure. **E**t respondens ihc. ait illi. **V**ides has omnes magnas edificationes. Non relinquetur lapis super lapidem. qui non destruat. **E**t cum sederet in monte oliuatum contra templum. interrogabant eum. separatim petrus. & iacobus et iohannes. & andreas. **D**ic nobis. **Q**uando ista fient. **E**t quod signum erit. quando hec omnia incipient consummari. **E**t respondens ihc. cepit dicere illis. **V**idete ne quis uos seducat. **M**ulti enim ueniunt in nomine meo dicentes. quia ego sum. et multos seducent. **Q**um audieritis autem bella & opinionem bellorum. ne timueritis. **O**porteret enim hec fieri. sed non dum finis. **U**rger autem gens super gentem. et regnum super regnum. & erunt terremotus per loca et fames. **I**nicium dolorum hec.



**A**dicite autem uosmetipsos. Tradent enim uos in conciliis. et in synagogis uapulabitis. & ante presides et reges stabitis propter me in testimonium illis.

**E**t in omnes gentes primum oportet predicari euangelium. **E**t cum dixerint uos tradentes. nolite precogitare quid loquamini. sed quod datum fuerit in illa hora. id loquamini. Non enim uos estis loquentes. sed spiritus sanctus.

**T**radet autem frater fratrem in mortem. et pater filium. & consurgent filii in parentes. et morte afficient eos. **E**t eritis odio omnibus. propter nomen meum. **Q**ui autem sustinuerit infirmum. hic saluus erit.

*Sequen. s. Luugli. Scdm Lucam.*

**I**n illo tempore. **D**ixit ihc discipulis suis

**Q**um audieritis prelia et seditio nes. nolite terri. **O**portet primum hec fieri. sed non dum statim finis. **T**unc dicebat illis. Sur



get gens contra gentem. et regnum ad  
uersus regnum. & terremotus magni  
erunt per loca. et pestilencie & fames  
terroresque de celo. et signa magna erunt.  
**S**ed ante hec omnia iudicent uobis ma  
nus suas. et persequentur. tradentes in  
synagogas et custodias. trahentes ad re  
ges & presides propter nomen meum.  
**C**ontinget autem uobis in testimoniu  
m. **P**onite ergo in cordibus uestris!  
non premeditari quemadmodum res  
pondeatis. **E**go enim dabo uobis os &  
sapientiam. cui non poterunt resistere  
et contradicere omnes aduersarii uestri.  
**T**rademini autem a parentibus et fra  
tribus & cognatis et amicis! & morte  
afficiant erubis. **E**t eritis odio omni  
bus! propter nomen meum. **E**t capil  
lus decapite uestro non peribit. **I**mpa  
tencia uestra possidebitis animas uestras.  
**S**equen. sa. Euanglii. Scdm. Mattheum.

Theodori m<sup>al</sup>  
Evangelii. p<sup>o</sup>te  
ergo in cordib<sup>us</sup>



nullo tempore. **S**edente ihu super mon-  
 tem oliueti. accesserunt ad eum discipu-  
 li secreto dicentes. **D**ic nobis. **Q**uando  
 hec erunt. **E**t quod signum aduen-  
 tus tui et consummationis seculi. **E**t  
 respondens ihc. dixit eis. **V**idete  
 ne quis uos seducat. **M**ulti enim ueni-  
 ent in nomine meo dicentes. ego sum  
 xpc. et multos seducant. **A**udistis enim  
 estis prelia et opiniones prehorum. **V**ide-  
 te ne turbemini. **N**on oportet enim hec  
 fieri. sed non dum est finis. **C**onsurget  
 enim gens in gentem. et regnum in reg-  
 num. et erunt pestilencie. et fames. et  
 terremotus per loca. **H**ec autem omnia  
 initia sunt dolorum. **T**unc tradent  
 uos in tribulationem. et occident uos.  
 et eritis odio omnibus gentibus. **P**rop-  
 ter nomen meum. **E**t tunc scandali-  
 zabuntur multi. et inuicem tradent.  
 et odio habebunt inuicem. **E**t multi



pseudo prophete surgent. et seducunt  
multos. Et quoniam habundabit in-  
iquitas. refrigeret caritas multorum.  
Qui autem perseverauerit usque  
in finem. hic saluus erit.

*Innat. vnus martyr. Euugli.*

*Sequen. sa. Euugli. Scdm. Matheum.*

nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.  
**S**i quis uult post me uenire. abne-  
get semetipsum. et tollat crucem  
suam. & sequatur me. Qui enim uo-  
luerit animam suam saluam facere.  
perdet eam. Qui autem perdidit  
animam suam propter me. inueniet  
eam. Quid enim prodest homini si  
mundum uniuersum lucretur. anime  
uero sue detrimentum patiatur. Aut  
quam dabit homo commutationem  
pro anima sua. Filius enim hominis  
uenturus est in gloria patris sui cum  
angelis suis. et tunc reddet unicuique



secundum opera eius. Amen dico uobis. sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem. donec uideant filium hominis. uenientem in regno suo.

**Sequen. scilicet. Euanglii. Scdm. lucam.**

**N**ullo tempore. **D**ixit ihc discipulis suis.

**S**i quis uult post me uenire. abneget semetipsum. et tollat crucem suam cotidie. et sequatur me.

**Q**ui enim uoluerit animam suam saluam facere. perdet illam. **H**am qui perdidit animam suam propter me. saluam faciet illam. **Q**uid enim proderit homini si lucretur uniuersum mundum. se autem ipsum perdat. et detrimentum sui faciat. **H**am qui me erubuerit. et meos sermones. hunc filius hominis erubescet. cum uenerit in maiestate sua et patris et sanctorum angelorum. **D**ico autem uobis. uere sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt



mōrtē. donec uideant regnum dei.  
*Sequen. s̄. Luugli. Scdm̄ lucam.*  
nullo temp̄. **D**ixit ih̄c discipulis suis.  
**S**iquis uenit ad me. et non odit pa-  
trem suum & matrem et uxorē  
& filios et fratres & sorores. adhuc au-  
tem et animam suam. non potest me-  
us esse discipulus. **E**t qui non baiulat  
crucem suam. & uenit post me. non po-  
test meus esse discipulus. **Q**uis enim  
c̄uobis uolens turrim edificare. non  
prius sedens computat sumptus qui  
necessarii sunt si habet ad perficien-  
dum. ne postea quam posuerit funda-  
mentum. & non potuerit perficere.  
omnes qui uident incipiunt illudere ei.  
dicentes. quia hic homo cepit edificare.  
et non potuit consummare. **A**ut quis  
rex iuris committeret bellum aduer-  
sus alium regem. non prius sedens co-



gurat si possit cum decem milibus occur-  
 rere ei qui cum uiginti milibus uenit  
 adse. Alioquin. adhuc illo longe  
 agente. legationem mittens. rogat ea  
 que pacis sunt. Sic ergo omnis exuo-  
 bis qui non renunciat omnibus que  
 possidet. non potest meus esse discipu-  
 lus. *Euangl. Amen dico uob nisi gra.*

*Sequen. sa. Euangl. Scdm. Matheum.*

*nullo temp. Dixit ihc discipulis suis.*

**N**olite arbitrari. quia uenerim mit-  
 tere pacem in terram. Non ueni  
 pacem mittere sed gladium. **V**eni enim  
 separare hominem aduersus patrem  
 suum. et filiam aduersus matrem  
 suam. & nurum aduersus socrum su-  
 am. et inimica hominis domestica eius.

*Joan. In Ed. idp*  
**Q**ui amat patrem aut matrem plus  
 quam me. non est me dignus. Et qui  
 amat filium aut filiam super me.



non est me dignus. **E**t qui non accipit  
crucem suam et sequitur me. non est me  
dignus. **Q**ui inuenit animam suam.  
perdet illam. **E**t qui perdidit ani  
mam suam propter me. inueniet eam.  
**Q**ui recipit uos. me recipit. **E**t qui  
me recipit. recipit eum qui me misit.  
**Q**ui recipit prophetam in nomine pro  
phete. mercedem prophete accipiet. **E**t  
qui recipit iustum in nomine iusti. mer  
cedem iusti accipiet. **E**t quicumque  
potum dederit uni ex minimis istis. cali  
cem aque frigide. tantum in nomine  
discipuli. amen dico uobis. non perdet  
mercedem suam.

**S**equen̄ s̄c̄ Luugli. S̄c̄dm. Mar̄am.  
nullo temp̄. **C**oniuocata turba ih̄c̄  
cum discipulis suis. dixit eis. **S**iquis uult  
me sequi. denegat semetipsum. & tollat  
crucem suam. et sequatur me. **Q**ui  
enim uoluerit animam suam saluam



facere. perdet eam. **Q**ui autem perdi-  
derit animam suam propter me et euuan-  
gelium. saluam eam faciet. **Q**uid enim  
prodidit homini si lucretur mundum  
totum. & detrimentum faciat anime sue.

**A**ut quid dabit homo commutationis  
pro anima sua. **Q**ui enim me confess-  
us fuerit. et mea uerba in generatione  
ista adultera & peccatrice. et filius ho-  
minis confitebitur eum. cum uenerit in  
gloria patris sui. cum angelis suis.

**S**equen<sup>r</sup> s<sup>a</sup> Luugli. Scdm. Matheum.  
nullo temp<sup>e</sup>. **D**ixit ihc discipulis suis.

**N**ichil opertum quod non reuela-  
bitur. & occultum quod non fae-  
tur. **Q**uod dico uobis intene-  
bris dicite in lumine. et quod in aure  
auditis predicate super tecta. **E**t noli-  
te timere eos qui occidunt corpus. ani-  
mam autem non possunt occidere. sed  
potius cum timete. qui potest et anima



et corpus perdere in gehennam. **H**omine  
duo passeret asse ueneunt. & unus ex  
his non cadet super terram sine patre  
uestro. **U**estri autem et capilli capitis  
omnes numerati sunt. **N**olite ergo ti  
mere. multo passibus meliores estis  
uos. **O**mnis ergo qui confitebitur me  
coram hominibus. confitebor et ego  
eum coram patre meo. qui est in celis.

**D**e uero Confessore admissam.

**S**equen. sa. Euangli. Scdm. Matheum.  
nullo temp. **D**ixit ihc. d. s. pater. hanc.

**H**omo quidam peregre proficiscens.  
uocauit seruos suos. & tradidit illis  
bona sua. **E**t uni dedit quinque  
talenta. alii autem duo. alii uero unum.  
unicuique secundum propriam uirtu  
tem. et profectus est statim. **A**buit autem  
qui quinque talenta acceperat. & opera  
tus est in eis. et lucratus est alia quinque.  
**S**imiliter qui duo acceperat. lucratus est



alia duo. **Q**ui autem unum acceperat  
 abiens fodit in terram. & abscondit  
 pecuniam domini sui. **P**ost multum  
 uero temporis uenit dominus seruo-  
 rum illorum. & posuit rationem cum  
 eis. **E**t accedens qui quinque talenta  
 acceperat. obtulit alia quinque talen-  
 ta dicens. **D**omine. quinque talenta  
 michi tradidisti. ecce alia quinque su-  
 per lucratus sum. **A**it illi dominus  
 eius. **G**uge bone serue & fidelis. quia  
 super pauca fuisti fidelis. super multa  
 te constituam. **I**ntra in gaudium domi-  
 ni tui. **A**ccessit autem. & qui duo talen-  
 ta acceperat et ait. **D**omine. duo ta-  
 lenta michi tradidisti. ecce alia duo lu-  
 cratus sum. **A**it illi dominus eius.  
**G**uge serue bone et fidelis. quia su-  
 per pauca fuisti fidelis. super multa  
 te constituam. **I**ntra in gaudium  
 domini tui.



Sequent. scilicet. Evangelii. Secundum. lucam.  
nullo tempore. Dixit ihesus discipulis suis  
parabolam hanc.

**H**omo quidam nobilis abiit in re-  
gionem longinquam. ac capere  
sibi regnum et reuertere. Uoca-  
ns autem decem seruis suis. dedit illis  
decem minas. & ait ad illos. Negotiamini  
mihi dum uenio. Quibus autem eius  
oderant illum. et miserunt legationem  
post illum dicentes. Nolumus hunc  
regnare super nos. Et factum est  
ut rediret accepto regno. & iussit uoca-  
ri seruos quibus dedit pecuniam. ut  
sciret quantum quisque negotiatus  
esset. Venit autem primus dicens.  
Domine. mina tua decem minas acqui-  
siuit. Et ait illi. Bona bone serue.  
quia in modico fidelis fuisti. eris potesta-  
tem habens super decem ciuitates.  
Et alter uenit dicens. Domine.



mna tua fecit quinque mñas. **E**t  
 huic ait. **E**t tu esto super quinque  
 ciuitates. **E**t alter uenit dicens. **D**o-  
 mine! ecce mna tua! quam habui re-  
 positam in sudario. **T**imui enim te.  
 quia homo austeris es! tollis quod non  
 posuisti. & metis quod non seminasti.  
**D**icit ei. **D**e core tuo te iudico! serue  
 nequam. **S**ciebas quod ego austeris  
 homo sum. tollens quod non posui.  
 & metens quod non seminavi! et qua-  
 re non dedisti pecuniam meam ad  
 mensam? **E**t ego ueniens! cum  
 usuris unque exegissem illud. **E**t  
 astantibus dixit. **A**ufer te ab illo  
 mnam! & date illi qui decem mñas  
 habet. **E**t dixerunt illi. **D**omine!  
 habet decem mñas. **D**ico autem uo-  
 bis! quia omni habenti dabitur! ab eo  
 autem qui non habet! & quod habet  
 auferetur ab eo.



**I** Sequen. sa. Euangli. Scdm. Lucam.  
nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.  
**S**int lumbi uestri precincti. & lu-  
cerne arden<sup>tes</sup> <sup>in manibus vestris</sup>. **E**t uos similes  
hominibus expectantibus dominum  
suum quando reuertatur a nuptiis. ut  
cum uenerit & pulsauerit confestim  
aperiant ei. **B**eati serui illi. quos cum  
uenerit dominus inuenerit uigilan-  
tes. **A**men dico uobis. quod precinget  
se & faciet illos discumbere. et transi-  
ens ministrabit illis. **E**t si uenerit in se-  
cunda uigilia. & si intertia uigilia ue-  
nerit. & ita inuenerit. **B**eati sunt serui  
illi. **H**oc autem scitote. quoniam si sa-  
ret pater familias qua hora sur ueni-  
ret. uigilaret utique. et non sineret  
perfodi domum suam. **E**t uos estote  
parati. quia qua hora non putatis fili-  
us hominis ueniet. **A**it autem ei petrus.  
**D**omine. ad nos dicas hanc parabolam



an et ad omnes. **D**ixit autem domi-  
 nus. **Q**uis putas est fidelis seruus,  
 quem constituit dominus super fami-  
 liam suam. ut det illis in tempore tri-  
 tici mensuram. **B**eatus ille seruus!  
 quem cum uenerit dominus. inuene-  
 rit ita facientem. **V**ere dico uobis.  
 quia supra omnia que possidet. con-  
 stituet illum. **D**ixit ih̄c discipulis suis.

**S**equen. s̄. **E**uangelii. **S**cdm. **M**attheum.

nullo temp. **V**igilate ergo. quia  
 nescitis qua hora dominus uester uen-  
 turus sit. **I**llud autem scitote. quoni-  
 am si sciret pater familias qua hora  
 fut uenturus esset. uigilaret utique.  
 et non sineret perfodi domum suam.

**I**deo et uos estote parati. quia quia  
 nescitis hora filius hominis uenturus  
 est. **Q**uis putas est fidelis seruus &  
 prudens. quem constituit dominus  
 suus supra familiam suam. ut det illis



abum in tempore. **B**eatus ille seruus!  
quem cum uenerit dominus eius. inue-  
nerit sic facientem. Amen dico uobis!  
quoniam super omnia bona sua consti-  
tuet eum.

**I** **S**equen. sa. Euanglii. Scdm. Marcum.  
nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.  
**V**idete uigilate! et orate. Nescitis  
enim! quando tempus sit. Sicut  
homo qui peregre profectus reliquit  
domum suam! et dedit seruis suis po-  
testatem cuiusque operis. & ianitori  
precepit ut uigilet. **V**igilate ergo!  
nescitis enim quando dominus domus  
ueniat. sero an media nocte. an galli  
cantu. an matutine. **N**e cum uenerit re-  
pente! inueniat uos dormientes. **Q**uod  
autem uobis dico! omnibus dico. uigi-  
late:

**I** **S**equen. sa. Euanglii. Scdm. Lucam.  
nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.  
**N**emo lucernam accendit et in ab-



scouso ponet. neque sub modio. sed  
 super candelabrum. ut qui ingrediun-  
 tur lumen uideant. **L**ucerna corpo-  
 ris tui. est oculus tuus. Si oculus tuus  
 fuerit simplex. totum corpus tuum lu-  
 cidum erit. Si autem nequam fuerit.  
 etiam corpus tuum tenebrosum erit.  
**V**ide ergo. ne lumen quod in te est.  
 tenebre sint. Si ergo corpus tuum  
 totum lucidum fuerit. non habens  
 aliquam partem tenebrarum. erit  
 lucidum totum. Et sicut lucerna  
 fulgoris. illuminabit te.

**S**equen. s. l. u. g. l. i. s. c. d. m. Math. eum.  
 nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**Q**uos estis sal terre. **Q**uod si sal  
 euauerit. in quo salietur.

**A**d nichilum ualet ultra. nisi  
 ut mittatur foras. & concutatur ab

hominibus. **V**os estis lux mundi.

**N**on potest ciuitas abscondi supra



montem posita. neque accendunt lucer-  
nam & ponunt eam sub modio. sed su-  
per candelabrum. ut luceat omnibus  
qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra  
coram hominibus. ut uideant uestra  
bona opera. & glorificent patrem uest-  
rum. qui in celis est.

*Sequen. sū. Euangli. Scdm. Iucan.*

*nullo temp.* **D**ixit ihc discipulis suis.

**N**emo lucernam accendens. ope-  
rit eam uase. aut subtus lectum.  
sed supra candelabrum ponit.  
ut intrantes uideant lumen. Non  
enim est occultum quod non manifest-  
abitur. nec absconditum quod non  
cognoscatur & in palam ueniat.

**V**idete ergo quomodo auditis. **Q**ui  
enim habet dabitur illi. et qui cumque  
non habet. etiam quod putat se habe-  
re auferetur ab illo. **V**enerunt autem



ad illum mater & fratres eius. et non poterant adire eum propter turbas. Et nunciatum est illi. Mater tua et fratres tui stant foris. uolentes te uidere. Qui respondens dixit ad illos. Mater mea & fratres mei hi sunt. qui uerbum dei audiunt et faciunt.

*Sequen. sa. Euanglii. Scdm. lucam.*

**N**ullo tempore. Dixit ihc discipulis suis. Qui uos audit. me audit. et qui uos spernit. me spernit. Qui autem uos spernit. spernit eum qui me misit. Reuersi sunt autem septuaginta duo. cum gaudio dicentes. Domine. etiam demonia subiunguntur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbam sathanam sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes. & scorpiones. et supra omnem uirtutem inimicam.



et nichil uobis nocēbit. **U**eruntamen  
in hoc nolite gaudere quia spiritus  
uobis subiungitur. gaudete autem quod  
nomina uestra scripta sunt in celis.

**S**equen. s̄. **Evangelii. Scdm. Matheum.**  
nullo temp. **D**ixit ih̄c discipulis suis. -parabo-

**S**imile est regnum celorum thesau-  
ro abscondito in agro. quem qui  
inuenit homo abscondit. & pre gaudio  
illius uadit et uendit uniuersa que  
habet. & emit agrum illum. **U**terum  
simile est regnum celorum homini ne-  
gociatori. querenti bonas margaritas.

**I**nuenta autem una preciosa margari-  
ta. abiit & uendidit omnia que habu-  
it. et emit eam. **U**terum simile est reg-  
num celorum sagene misse in mare.  
& ex omni genere piscium congreganti.

**Q**uam cum impleta esset educentes.  
et secus litus sedentes. elegerunt bonos  
inuasa. malos autem foras miserunt.



181 187  
Sic erit in consummatione seculi.

**A**ribunt angeli. et separabunt malos  
in medio iustorum. & mittent eos in ca-  
minum ignis. **U**bi erit fletus et stridor  
dentium. **I**ntellexistis hec omnia. **U**ni-  
aunt ei. **E**tiam. **A**it illis. **I**deo omnis  
scriba doctus in regno celorum similis  
est homini paritfamilias. qui profert  
de thesauro suo noua et uetera.

**S**equen. **sa. Luugli. Scdm. Matheum.**

**I**n illo tempore. **D**ixit ihc discipulis suis. paralo. hac

**S**imile est regnum celorum decem  
uirginibus. que accipientes lampa-  
tes suas. exierunt obuiam sponso et  
sponse. **Q**uinque autem ex eis erant  
fatue. & quinque prudentes. **S**ed quin-  
que fatue acceptis lampadibus. non  
sumpserunt oleum secum. prudentes  
uero acceperunt oleum in uasis suis  
cum lampadibus. **M**oranti autem faci-  
ente sponso. dormitauerunt omnes



et dormierunt. **M**edia autem nocte clamor factus est. ecce sponsus uenit. exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines ille. & ornauerunt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerunt. **D**ate nobis de oleo uestro. quia lampades nostre extinguuntur. **R**esponderunt prudentes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis et uobis. ite potius aduendentes. & emite uobis. **D**um autem ueniret emere uenit sponsus. et que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias. & clausa est ianua. Nouissime ueniunt uero. et relique uirgines dicentes. **D**omine domine. aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico uobis. nescio uos. **V**igilate itaque. quia nescis diem neque horam.

**I**ndicatione Templi Admissam.  
Sequen<sup>ti</sup> s<sup>an</sup>cti euang<sup>elii</sup>. Scdm. lucam.  
nullo temp<sup>ore</sup>. **I**ngressus ihc. perambu

Dominus uoluit scdm. sequentia s<sup>an</sup>cti euang<sup>elii</sup>  
secundum lucam. in illo tempore  
in illo tempore. suscitatus uerus p<sup>ro</sup>pheta



labat hiericho. **E**t ecce uir nomine  
 zacheus. et hic erat princeps publica  
 norum. et ipse diues. **E**t querebat  
 uidere ihm quis esset et non poterat  
 preterire quia statura pusillus erat.  
**E**t precurrens ascendit in arborem  
 sicomorum ut uideret illum. quia inde  
 erat transiturus. **E**t cum uenisset ad  
 locum. suspiciens ihc uidit illum. et  
 dixit ad eum. **Z**achee. festinans descen  
 de. quia hodie in domo tua oportet me  
 manere. **E**t festinans descendit. et  
 excepit illum gaudens. **E**t cum uide  
 rent omnes murmurabant. dicentes  
 quod ad hominem peccatorem diuer  
 tisset. **S**tans autem zacheus. dixit ad do  
 minum. **E**cce dimidium bonorum  
 meorum do pauperibus. et si quid ali  
 quem defraudaui. reddo quadruplum.  
**A**it ihc ad eum. **Q**uia hodie salus do  
 mini huic facta est. eo quod ipse filius



venit enim filius hominis querere et saluum  
facere quod perierat.

In Anniversario  
Dedicationis  
Altaris

fit abrahæ. Venit enim filius hominis  
querere et saluum facere quod perierat.  
**Sequen. sã. Euugli. Scdm. lucam.**  
nullo temp. Dixit ihc discipulis suis.  
**N**on est arbor bona que facit  
fructus malos. neque arbor mala.  
faciens fructum bonum. **U**naque  
que enim arbor destructa suo cognoscatur.  
**N**eque enim de spinis colligunt ficus.  
neque de rubo uindemiunt iuam. **B**o  
nus homo de bono thesauro cordis sui  
profert bonum. & malus homo de malo  
thesauro profert malum. **E**x habun  
dancia cordis os loquitur. **Q**uid au  
tem uocatis me domine domine. et non  
facitis que dico. **O**mnis qui uenit  
ad me. & audit sermones meos. et facit  
eos. ostendam uobis cui similis sit. **S**i  
milis est homini edificanti domum. qui  
fodit in altum. & posuit fundamenta  
supra petram. **I**n inundatione autem fac  
ta. illisum est flumen domui illi. et







Evj 27 jobez  
Si diligis  
me manda  
ma servate  
que i v<sup>a</sup> pete  
94

vacat

**S**equen. sa. Euanglii. Scdm. Iohannem.  
nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**I**n hoc clarificatus est pater meus. ut  
fructum plurimum afferatis. & efficiamini  
mei discipuli. Sicut dilexit me  
pater. et ego dilexi uos. **M**anete in di  
lectione mea. **S**i precepta mea serua  
ueritis. manebitis in dilectione mea. sicut  
& ego patris mei precepta seruaui. et  
maneo in eius dilectione. **H**ec locutus  
sum uobis. ut gaudium meum in uobis  
sit. & gaudium uestrum impleatur.

**Feria. Quarta de angelis.**

**S**equen. sa. Euanglii. Scdm. Iohannem.  
nullo temp. **A**scendit ihc hierosolimam.

**E**st autem hierosolimis probatica piscina.  
que cognominatur hebraice bethsa  
ida. quinque porticus habens. **I**n his  
iacebat multitudo magna languentium.  
cecorum. claudorum. aridorum. expec  
tantium aque motum. **A**ngelus autem  
tunc secundum tempus descende

Erat dies festus  
iudoz & ascendit



bat in piscinam. & mouebatur aqua.

**Q**ui ergo primus descendisset post  
motum aquae. sanus fiebat. aqua  
cumque tenebatur infirmitate.

**Feria Quinta de karitate.**

**Sequen. sa. Luugli. Scdm. Iohannem.**

nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.

**F**ilioli <sup>mi</sup> adhuc modicum <sup>tpo</sup> uobiscum  
sum. **Q**ueritis me. & sicut dixi

**I**udeis. quo ego uado. uos non potes  
tis uenire. et uobis dico modo. **M**an

**d**atum nouum do uobis. ut diligatis  
in uicem. **I**n hoc cognoscent omnes  
quia mei estis discipuli. si dilectionem  
habueritis ad inuicem.

**Feria Sexta de sancta Cruce.**

**Sequen. sa. Luugli. Scdm. Iohannem.**

nullo temp. **A**sumpsit ihc duode

**c**im discipulos <sup>tuos</sup> secreto. & ait illis. **A**c

**c**e ascendimus hierosolimam. et filius

**h**ominis tradetur principibus sacer

**t**otum & scribis. et condemnabunt



eum morte. & tradent eum genibus  
ad deludendum. et flagellandum. &  
crucifigendum. Et tertia die resurget.

**Sabbato De Sancta Maria.**

**Sequen<sup>ti</sup> s<sup>an</sup>cti Euu<sup>an</sup>g<sup>elii</sup> s<sup>ecundum</sup> Lucam.**

nullo temp<sup>ore</sup>. **A**xtollens uocem que  
dam mulier turbata. dixit ad ih<sup>esu</sup>m. **B**e  
atus uenter qui te portauit. & ubera  
que suxisti. At ille dixit. **Q**uoniam immo.  
beati qui audiunt uerbum dei. et custo  
diunt illud. **Pro Congregatione.**

**Sequen<sup>ti</sup> s<sup>an</sup>cti Euu<sup>an</sup>g<sup>elii</sup> s<sup>ecundum</sup> Iohannem.**

nullo temp<sup>ore</sup>. **S**ubleuatis ih<sup>esu</sup>s oculis in  
celum dixit. **P**ater. quos dedisti michi  
uolo ut ubi ego sum & illi sint mecum.  
ut uideant claritatem meam quam  
dedisti michi. quia dilexisti me ante  
constitutionem mundi. **P**ater iuste. et  
mundus te non cognouit. ego autem  
te cognoui. & hi cognouerunt quia  
tu me misisti. **E**t notum eis factu no



men tuum et notum faciam. ut dilec-  
tio qua dilexisti me in ipsis sit. et ego  
in ipsis. *Profermetipso. Euangl. Duo*

homines. *Requiritur in domo. n. post oct. pentecosten.*

*Contra temptationes. Venit ad ihm le-  
prosus. Requiritur in feria. iiii. dom. xiiii.*

*Pro peccatis. Euuangelium.*

*Sequen. sa. Euuglii. Scdm. Marcum.*

in illo tempore. Dixit ihc discipulis suis.  
habete fidem dei. Amen dico uobis.

**H** quia quicumque dixerit monti  
huic tollere et mittere in mare.  
et non hesitauerit in corde suo. sed cre-  
diderit quia quod cumque dixerit fiat.  
fiet ei. Propterea dico uobis. Omnia  
quecumque orantes petitis. credite quia  
accipietis. et uenient uobis. Et cum  
stabitis adorandum. dimittite siquid ha-  
beris aduersus aliquem. ut et pater  
uester qui in celis est. dimittat uobis  
peccata uestra. Quod si uos non dimi-



seruis. nec pater uester qui in celis est.  
dimittet uobis peccata uestra.

**P**ro tribulatione. **Euangelium.**  
**Sequen. s. Euangli. Scdm. Lucam.**

vl ewl 27 Oct  
Petite & dabit  
uob quae & iudic  
ut ps. 191.

nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis  
parabolam hanc. quoniam oportet  
semper orare & non deficere dicens. **I**u  
dex quidam erat in quadam ciuitate.  
qui deum non timebat. & hominem non  
reuerbatur. **U**idua autem quedam  
erat in ciuitate illa. & ueniebat ad eum  
dicens. **V**indica me de aduersario meo.  
**E**t nolebat permultum tempus.  
**P**ost hec autem dixit intra se. **E**t si  
deum non timeo. nec hominem reue  
reor. tamen quia molesta michi est  
hec uidua uindicabo illam. ne in nouis  
simo ueniens suggillet me. **A**it autem  
dominus. **A**udite quid iudex iniquitatis  
dicit. **D**eus autem non faciet uin  
dictam electorum suorum. clamant



non ad se die ac nocte et pacenciam  
habebit illis. **D**ico uobis. quia  
cui faciet uindictam illorum. **Propace.**

*Evangelij Johes Am Am dico  
in Si qd peccatis ptes in  
mo et usqz huc ut gaudu  
vz sit plenu .90.  
vl Abentes p.*

**A** venites p. **Requere mcom .xx. iij.**

**Profalute uiuis .viii. Euuangelium.**  
**Sequen. sa. Euuaglu. Scdm. Iohannem.**

**I**n illo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.  
**A**men amen dico uobis. qui cre  
dit in me. opera que ego facio  
et ipse faciet. & maiora horum  
faciet. quia ego ad patrem uado. et  
quodcumque petieris in nomine  
meo. hoc faciam ut clarificetur pater  
in filio. **Profalute uiuorum.**

**Sequen. sa. Euuaglu. Scdm. Lucam.**

**I**n illo temp. **D**ixit ihc discipulis suis.  
**P**etite et dabitur uobis. querite  
et inuenietis. pulsate et aperte  
rur uobis. **A**mmis enim qui petit  
accipit. & qui querit inuenit. et pul  
santi aperietur. **Q**uis autem exuo

*v. 7. Subleuatis ois  
oculis t celu dixt pte ste  
sua e t n t. vt 3. 90.*



vis patrem petere panem. numquid  
lapidem dabit illi. Aut piscem. num-  
quid propisce serpentem dabit illi.  
Aut si petierit ouum. numquid por-  
tiger illi scorpionem. Si ergo vos  
cum sitis mali. nostis bona dare  
filis uestris. quantum magis pater uest-  
er de celo dabit spiritum bonum pe-  
tentibus se. **Pro cuncto populo catholico.**  
**Confiteor tibi pat. Requirere in dom. v. post epipha.**  
**propace. Luugi. P. ente & dabitur uobis.**

**Pro elemosinarius.**  
**Sequen. sa. Euuglii. Scdm. Mathcum.**  
nullo temp. **D**ixit ihc discipulis suis  
**N**olite timere pusillus grex. quia  
conplacuit patri uestro dare  
uobis regnum. Vendite que  
possidetis. & date elemosinam. Facite  
uobis sacculos qui non ueterescunt.  
thesaurum non deficientem in celis.  
quo fur non appropriat. neque tinea



corrumpit. **U**bi est thesaurus uester  
ibi et cor uestrum erit.

**P**ro iter Agentibus. Euuangelium.

Sequen. sa. Euuaglu. Scdm. Matheum.

nullo temp. **A**untes predicare dicen  
tes. quia appropinquabit regnum celoz.

**I**nfirmos curate. mortuos suscite.

leptosos mundate. demones eiate. **G**ra

tis accepistis. gratis date. **N**olite possi

dere aurum neque argentum. neque

pecuniam in zonis uestris. neque calca

menta. neque uirgam. **D**ignus est

enim operarius cibo suo. **I**nquamcuq;

autem ciuitatem aut castellum intraue

ritis. interrogate quis in ea dignus sit.

et ibi manete donec creatis. **I**ntrantes

autem in domum. salutate eam dicentes.

**P**ax huic domui. **E**t si quidem fuerit

domus digna. ueniet pax uestra super

eam. si autem non fuerit digna. pax

uestra ad uos reuertetur. **E**t quicumq;

non receperit uos. neque audierit ser



mones uestros: exiuntes foras de domo.  
uel ciuitate: exiuntes puluerem de pedibus  
uestris. Amen dico uobis: tolerabilius  
erit terre sodomorum. & gomorreorum  
indie iudicii. quam illi ciuitati.

**Pro infirmis. S. lucam.** Surgens ihc de s.  
Require in s. abbo<sup>99</sup> penite<sup>97</sup> colt. Propitua postuland.  
**Sequen. sa. Euangli. Scdm. Matheum.**

nullo temp. Dixit ihc discipulis suis.

**M**isereor turbe: quia triduo iam  
perseuerant mecum: et non  
habent quod manducant.

Et dimittere eos ieiunos nolo: ne desi-  
cant inuita. Et dicunt ei discipuli.

Ante ergo nobis in deserto panes tanti  
ut saturemus turbam tantam. Et ait  
illis ihc. Quod panes habetis. At illi  
dixerunt. Septem. et paucos pisciculos.

Et precepit turbe: ut discumberet su-  
per terram. Et accipiens septem pa-  
nes. et pisces. & gratias agens. fregit &  
dedit discipulis suis: et discipuli dederunt



pöpulo. Et comederunt omnes. et saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis tulerunt. septem sportas plenas. Erant autem qui manducauerunt quatuor milia hominum. extra paruulos & mulieres.

*Adferentiam postulandam.*

*Sequen. s. Euuglii. Scdm. lucam.*

**I**n illo tempore. Factum est in una die. et ihc ascendit in nauiculam. et discipuli eius. Et ait ad illos. Transtremus trans stagnum. Et ascenderunt. Nauigantibus autem illis. obdormiuit. Et descendit procella uenti in stagnum. & complebantur et periclitabantur. Accedentes autem. suscitauerunt eum dicentes. Preceptor perimus. At ille surgens. increpauit uentum et tempestatem aque. & cessauit. & facta est tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi est fides uestra. Qui timentes. mirati sunt. dicentes adinuicem. Quis pu



tas hic est. Quia et uentis imperat  
et mari. et obediunt ei. Prode Sanctis.

Sequen. sa. Luugli. Scdm. Iohannem.  
nullo temp. Dixit ihc turbis iudeorum.

**O**mnne quod dat michi pater ad  
me ueniet. et eum qui uenit ad  
me. non eiciam foras. quia descendi de ce  
lo. non ut faciam uoluntatem meam.  
sed uoluntatem eius qui misit me. Hec  
est autem uoluntas eius qui misit me  
patris. ut omne quod dedit michi non  
perdam exeo. sed resuscitem illud inno  
uissimo die. Hec est enim uoluntas pa  
tris mei qui misit me. ut omnis qui ui  
det filium. & credit in eum habeat ui  
tam eternam. Et resuscitabo ego eum  
innouissimo die.

Sequen. sa. Luugli. Scdm. Iohannem.  
nullo temp. Dixit ihc turbis iudeorum.

**S**icut enim pater suscitatur mortuos  
et uiuificat. sic et filius quos uult



iustificat. Neque enim pater iudicat  
 quemquam. sed iudicium omne dedit  
 filio. ut omnes honorificent filium. sicut  
 honorificant patrem. Qui non hono-  
 rificat filium. non honorificat patrem  
 qui misit illum. Amen amen dico uobis.  
 quia qui uerbum meum audit et credit  
 ei qui misit me habet uitam eternam.  
 Et iudicium non uenit. sed transit  
 a morte in uitam.

Sequen. sa. Euangli. Scdm. Iohannem.  
 in illo temp. Dixit ihc turbis iudeoz.

**A**men amen dico uobis. nisi man-  
 ducaueritis carnem filii hominis  
 et biberitis eius sanguinem. non  
 habebitis uitam in uobis. Qui man-  
 ducat meam carnem et bibit meum  
 sanguinem. habet uitam eternam.  
 Et ego refusatabo eum. in nouissimo  
 die.

Sequen. sa. Euangli. Scdm. Iohannem.



nullo tempore. **D**ixit ih̄c turbis iudeorum.  
**A**men amen dico uobis. quia uenit  
hora et nunc est. quando mortui  
audient uocem filii dei. et qui audierint  
uiuunt. Sicut enim pater habet uitam  
in semetipso. sic dedit et filio uitam habe  
re in semetipso. **E**t potestatem dedit ei  
et iudicium facere. quia filius hominis  
est. Nolite mirari hoc. quia uenit hora  
in qua omnes qui in monumentis sunt  
audient uocem eius & procedent. qui bona  
fecerunt in resurrectionem uite. qui uero  
mala egerunt. in resurrectionem iudicii.  
*Istud euangl̄m non legitur nisi sit finis  
presens. Sequen̄. s̄c̄. euangl̄m. Scdm̄. Ioh̄em.*  
nullo tempore. **D**ixit martha ad ih̄m.  
**D**omine. si fuisses hic. frater me  
us non fuisset mortuus. Sed &  
nunc sc̄o. quia quecumque popo  
sc̄is a deo dabit tibi deus. **D**ixit ei ih̄c.  
**R**esurget frater tuus. **D**ixit ei martha.



Scio quia resurget in resurrectione.  
 in nouissimo die. **D**icit ei ih̄c. Ego sum  
 resurrectio & uita. **Q**ui credit in me.  
 etiam si mortuus fuerit uiuet. **E**t om  
 nis qui uiuit & credit in me. non morie  
 tur in eternum. **C**redis hoc? **A**it illi.  
 Utrique domine. **E**go credidi. quia tu  
 es xpc filius dei. qui in hunc mundum  
 uenisti. **I**n tempore paschali. **E**uangelii.

**D**ebeata uirgine. **A**dmissam.

**S**equen. **s**a. **E**uangelii. **S**cdm. **I**ohannem.

nullo temp. **S**tabant autem iuxta cru  
 cem ihu: mater eius. et soror matris eius  
 maria cleophe. & maria magdalene.

**Q**um uidisset ergo ihc matrem. et disci  
 pulum stantem quem diligebat. dicit  
 matri sue. **M**ulier. ecce filius tuus. **D**e  
 inde dicit discipulo. **E**cce mater tua.  
**E**t ex illa hora. accepit eam discipulus  
 in sua.

**I**ncanum. **s**a. **E**uangelii. **S**cdm. **M**attheum.

*Euangelium*



**L**iber generationis ihu xpi filii dauid!  
filii abraham. Abraham genuit  
ysaac. ysaac autem genuit iacob.  
Iacob autem genuit iudam et fra-  
tres eius. iudas autem genuit phares  
et zara de thamar. Phares autem genuit  
esrom. esrom autem genuit aram.  
Aram autem genuit aminadab. amina-  
dab autem genuit naasson. Naasson  
autem genuit salmon. salmon autem  
genuit booz de raab. Booz autem ge-  
nuit obed ex ruth. obed autem genuit  
iesse. Iesse autem genuit dauid regem.  
dauid autem rex genuit salemonem  
ex ea que fuit iurie. Salomon autem ge-  
nuit roboam. roboam autem genuit  
abia. Abia autem genuit asa. asa autem  
genuit iosaphat. iosaphat autem genuit  
ioram. ioram autem genuit oziam.  
Ozias autem genuit ioatham. ioa

lectio libri Sapie De Spinea corona  
lectulum Salomonis sexaginta ambulant exfortissimos israel  
omnes tenentes gladios; et ad bella doctissimi. Unus cuiusq; ensis sui  
suaque sunt; propter timores nocturnos. Sacerdulum fecit sibi rex salom  
deliquit libano. Columnas enim fecit argenteas; reclinatores  
aperisum purpureum. Agedia curate construxit; propter filios iherusalem  
heredum et videte filii syon regem salomonem. In vademate qua  
oravit eum iuxta sua. Vidit desponsatorem illum et in die leticie. Obedi enim  
deus. Multa enim sunt mea que vultis. Inuicem columbarum



tham autem genuit achas. **A**chas au-  
 tem genuit ezechiam. **E**zechias autem  
 genuit manassē. **M**anasses autem ge-  
 nuit amon. **A**mon autem genuit iosiam.  
**I**osias autem genuit iechoniam et fratres  
 eius. **I**ntransmigratione babilonis.  
**E**t post transmigrationem babilonis.  
**I**echonias genuit salathiel. **S**alathiel  
 autem genuit zorobabel. **Z**orobabel au-  
 tem genuit abiud. **A**biud autem genuit  
 eliachim. **E**liachim autem genuit azor.  
**A**zor autem genuit sadoch. **S**adoch autē  
 genuit achim. **A**chim autem genuit eli-  
 ud. **E**liud autem genuit eleazar. **E**lea-  
 zar autem genuit mathan. **M**athan  
 autem genuit iacob. **I**acob autem ge-  
 nuit ioseph uirum marie. **D**e qua  
 natus est ihc. qui uocatur xpc.

# absq; eo qd intermiscuit latet. Veni delibano sponsa mea veni coronaberis



*Incipit missa De corpore xpi. Iuribus. Bibant eos.*

**D**eus qui nobis in sacramento mirabili passionis  
me memoriam reliquisti. tribue quod. ita nos corporis et  
sanguinis tui sacra mysteria uenerari. ut redemptio  
nis tue fructus in nobis iugiter sentiamus. Qui cum deo.

*Lectio Epistolae beati Pauli apostoli Ad Corinthios*

**F**rateres. **A**go accepi a domino quod et tradidi uobis.  
quo dominus noster ihesus christus in qua nocte tradebatur acce  
pit panem et gratias agens fregit et dixit. Accipi  
te et manducate hoc est corpus meum. quod pro  
uobis traditur. hoc facite in meam commemora  
tionem. Quocienscumque manducabitis panem  
hunc. et biberitis calicem. mortem domini an  
nunciabitis donec ueniat. Itaque quicumque  
manducauerit hunc panem. et biberit cali  
cem domini indigne. reus erit corporis et sang  
nis domini. Prober autem se ipsum homo. et sic de  
pane illo edat. et de calice bibat. Quicumque  
autem manducat et bibit indigne. iudicium  
sibi manducat et bibit. non diiudicans corpus domini.



**O**culi omn. **A**evia. **M**ais mea uere est  
cibus et sanguis meus uere est potus qui manducatur meam  
carnem et bibit meu sanguinem in me manet et ego in eo.

**Seq̄ūt̄a** **Euaḡlii** **Secundum** **Iohannem.**

**I**n illo temp. **D**ixit ih̄c discipulis suis et tur-  
bis iudeoz. **M**ais mea uere est cibus et san-  
guis meus uere est potus. **Q**ui manducatur  
meam carnem et bibit meum sanguinem  
in me manet et ego in eo. **S**icut me misit ui-  
uens pater et ego uiuo p̄t̄ p̄t̄rem. **E**t qui  
manducatur me et ip̄e uiuet p̄t̄ me. **H**ic est pa-  
nis qui de celo descendit. **N**on sicut patres uestri  
manducauerunt <sup>mama</sup> et mortui sunt. **Q**ui man-  
ducatur hunc panem uiuet in eternum. **Off.**

*Deica ista dicit  
Eym 21 Iohes Am  
Am dico po nisi  
manducaueris vis  
194*

**S**acerdotes incensum dñi et panes offerunt deo et ideo sancti  
erunt deo suo et n̄ polluent nomen eius alla. **Sec̄ta.**

**E**ccl̄esie tue q̄s dñe uniuersis et pacis propicius  
dona cōcede que suboblatis muneribus mystice  
designantur. **P. p̄f̄atio.** **A**et̄ne d̄s. **Q**uia p̄

**incarnati.** **Cō.** **Q**uoacūq; manducabitis panem  
hunc et calicem biberitis mortem dñi annuntiabitis donec ueniat  
itaq; qui cūq; manducauerit panem uel biberit calicem dñi indigne  
reus erit corporis et sanguinis dñi aevia.

**Compleuda.**



**F**ac nos q̄s domine diuinitatis tue sempiter-  
na firmitate repleat. quam p̄iosi corporis et  
sanguinis tui temporalis perceptio p̄figurat.  
Qui cū deo

*Op̄la de l̄co ioh̄e baptista.*

**A**d decus eternū regis cuius q̄s h̄i perni v̄m b̄n  
rene latus ho die veruset recita  
**L**ectio p̄l̄ae pro phete. *L. Vox letabunda*  
uaret sanctissima de te. *Psallat iocunda iubilans her*  
uerba pro phete. *L. Per dicit de m̄nis. v̄. quond*  
salua cor et facture dominator. *L. Audate in silis et*  
adcedite populi de longe. *v̄. Omnis factura iuretur in*  
hac genitura. *L. Dominus ab utero forma ut me*  
de uentre matris mee recorda tui est no minus mei  
*v̄. Cum de ste vili produxerit ventile semlu. L. Et*  
posuit os meū quasi gladium acutum in v̄mbra manus sue



protexit me. v. ut non sentires mala sed tutus si  
 mus. Et posuit me quasi sagittam electam  
 in pharetra sua abscondit me et dixit michi. v. Ege  
 tundus fu eris que mando cuncta loqueris. Lco. Seruus  
 meus tu ysaiahel qua me glorifiabor. v. Ecce palam  
 gestes nomen meum manife. Lco. Et nunc  
 diat dominus formos me exurgis seruum tibi. v. In  
 pretario rem baptiste dans et honorem. Lco. Vedit te  
 in lucem gentium ut sis salus mea usq ad extremum terre  
 v. Et peccatores ad me venocare la tu res. Lco. Reges  
 videbunt et p. colligunt pna res. v. Reges et gentes  
 conuer tent signa viden tes. Lco. Et adorabunt domum  
 de um tuum. v. Qui nichil ignorat oz his que totus  
 adorat. Lco. Et sancta israhel qui elegit te. v.























